las veras diuitias d̄ q̄bꝫ dic̄ apl's Eph. iij. vt
. s. det nobis diuitias gr̄e sue. Fac nos ꝯseq̄ ī
uestigabiles diuitias gratie chr̄i. vt in eodē
c. inq̄t apl's. Fac nos hr̄e remissionē pctōꝝꝫ
s̄m diuitias gr̄e eiꝰ. ꝛ adipisci diuitias gl'ie
hereditat̄ eius. Eph. j. ¶ Seq̄tur aūt ī cā- J
tico ꝟginali. Suscepit isrl' pueꝝ suū: recor- Susce-
datꝰ misc̄dīe sue ꝛc̄. In q̄bꝫ ꝟbis btā ꝟgo tā- pit israel
git bn̄ficiū īextimabile exhibitū toti huma- pueꝝ suū
no generi cōiter. sꝫ ꝓp̄l'o israelitico spālit̄ Vn̄
exponit Nico. de lyra. sic Suscepit isrl' pue
rū pueꝝ suū. q̄ deꝰ accepit carnē puerilē de
ꝓp̄l'o isrl'. q̄d fuit bn̄ficiū illi ꝓp̄l'o collatū par
ticularit̄. maxie q̄ꝫtū ad credētes de ꝓp̄l'o il-
lo. Recordatꝰ misc̄dīe sue. Ad. modū eī̄ re
cordantia se habuit qn̄ filiū suū p̄ribus an-
tiq̄s ꝓmissuꝫ in carne misit. Jō subdit̄ Sic
locutꝰ est ad p̄res nr̄os. i. ad p̄triarchas ꝛ pro

pheta҃ Abraã ꝛ semini ei⁹ ẜ ꝙ dꝛ Geñ.xxij. In semine tuo bñdicentur omes gẽtes terre. In secl'a.qꝫ caro hũana ꝑmanebit generalit' deitati vnita. Hec ille. Hugo aũt cardinal' exponit sic. Suscepit isrl'.i.ꝑpl's iudaic⁹.pu erũ suũ nõ dicit dñm:qꝫ venit ministratur⁹ nõ dñatur⁹.Mat.xx. Fili⁹ hoĩs non venit ministrari ẜ mistrare. vñ dicere debebãt iu dei illõ Esa.ix. Puer nat⁹ est nob:ꝛ fili⁹ da tus est nob ꝛc. Recordat⁹ miscdie sue.i.sibi ꝑmisse. Iux̄ illõ Esa.lxiij. Misationũ dñi recordabor. Vl' sic. Suscepit isrl' pue҃ suũ .i.ꝑpl'm iudaicũ vl' mag̃ ꝑpl'm chrianũ vidẽ tẽ deũ.ad sanandũ vt medic⁹ infirmũ.iux̄ il lud ps. Qui sanat oẽs ĩfirmitates tuas. Vñ Ecci.xxxviij. dꝛ Honora medicũ ꝑpt' necessi tatẽ em̄ illũ creauit altissim⁹. Itẽ suscepit eũ ad docendũ vt mgr̄ discipulũ. Jo.xiij. Vos vocat' me mgr̄ ꝛ dñe ꝛ bñ dicitꝫ: suũ etem̄. Vñ ps. inqt. Qui docꝫ hoĩeꝫ sciam. Et ite҃ Btũs hõ quẽ tu erudier' dñe: ꝛ de lege tua docuer' eũ. Itẽ ad regẽdũ vt gubernator re git naue. Vñ dicebat ꝓpha ps.xxij. Dñs re git me҃ nihil mihi deerit. Itẽ ad pascẽdũ vt pastor gregẽ suũ. vñ dicebat Jo.x. Ego sum pastor bon⁹. ꝛ Esa.xl. dꝛ. sic pastor gregẽ suũ pascet ꝛc. Itẽ ad lauandũ pollutũ. iux̄ illud Apoc.j. Ipse dilexit nos ꝛ lauit nos a pctĩs nr̄is ĩ sanguĩe suo. Itẽ ad soluẽdũ vinctũ ꝺ carcere pcti ꝛ ĩferni.ꝛ illũiandũ cecũ iux̄ illõ ps. Dñs soluit cõpeditos dñs illumiat cecos. Itẽ ad ditãdũ paupem. Vñ.ij.Cor.viij.ait apl's. Propt' vos egen⁹ fact⁹ est cũ eẽt diues vt illi⁹ ĩopia nos diuites essem⁹. De ħ etiam dꝛ.j.Reg.ij. Dñs paupem fac ꝛ ditat.pau pere fac spũ ꝓprio.ꝛ ditat spũsctõ. paupeꝫ fac ad modicũ ꝛ ditat in et'nũ. His modis sus cepit isrl' pue҃ suũ. Vnõ ps. rogabat dicẽs. Suscipe dñe fuũ tuũ ĩ bonũ. Aliqñ em̄ pu er accipit' ꝑ fuiẽte vl' ꝑ fuo.l.pueri.ĩ pn.ff.ꝺ ꝟ.sig.ꝛ le.iij.l.vxorẽ.§.testamẽto.ꝛ nota.i c. in veteri.lxxvij.dis. Recordat⁹ miscdie sue. id ẽ ꝑmissiõis sue misicordit' facte ꝛ misicor dit' adiplende Abacb.iij. Cũ irat⁹ fuer' mi sericordie recordaber'. Seqt'. Sic locut⁹ est ad pres nr̄os.qb ꝑmisit se filiũ suũ datu҃. Abraã ꝛ semini ei⁹.i.imitatorib eius Nam Rho.ix.inqt Paul⁹. Nõ oẽs q ex isrl' sũt:hi sunt israelite neqꝫ q ex semine sunt abrae oẽs sunt filij Abrae. Non em̄ filij carnis hi filij dei sunt.sed q sunt filij ꝑmissionis extiman tur in semine. Et ad Gal'.iij. dꝛ. Qui ex fide sunt hi sunt filij Abrae. Et notant' nomiauit Abraã in pticulari.qꝫ ei ter fuit facta specia lis ꝑmissio de chrõ nascituro. vt patꝫ Geñ. xij.xxi.ꝛ.xxij. Iteꝫ vt habet' Geñ.xviij. ipe Abraã tres vidit ꝛ vnũ adorauit. quẽ ꝑ spm̄ itellexit gerere figurã filij dei incarnãdi. Itẽ

specialit' expmit'.qꝫ pm⁹ a pte pdicauit fideꝫ. Vñ etiã dꝛ pat' fidei noster.ad Rhoma.iiij. In secl'a. Quia gl'ia beato҃ nunqꝫ deficiet: sed in eternũ durabit. Vel in secl'a.i. semini duraturo in secula. vl' misericordiã ꝯsecutu ro in secula secl'o҃. Nos autẽ dicere possu mus ꝙ in sacra scptura aliqñ puer accipit' ꝑ paruulo Jesu vt in missa natiuitat' ei⁹ duꝫ canit'. Puer natus est nob ꝛc. Dicit' aũt pu er q̃si pur⁹ aer a puritate.fm Arch.in c.j.de cle.egro.lib.vj. ꝛ fm Albricũ de rosate ĩ suo reptorio in primo alphabeto in verbo puer. Puer ꝑ chrõ sic põt etymologizari. Per p. patris.per v verbũ. per e.eternalit'.per r.re gnans significat'. Vel per p partus.ꝑ v. vir ginis.ꝑ e.hereditatẽ.ꝑ r.restituẽs. Vel ꝑ p. pastor.ꝑ v.verus.ꝑ e.errantes.per r.recõcili ans vel reuocãs. Vel ꝑ p.panis. ꝑ v.viuus. ꝑ e.esurientes. ꝑ r.reficiẽs. Ipse em̄ est ille q corpe suo ꝛ pcioso sanguine reficit oẽs fide les. Et hoc pdixit ꝓphetice btã ꝟgo dum ceci nit. Esurientes impleuit bonis.i. im plebit more ꝓphetico. Predicta aũt expositio Hu gonis accepta ẽ a glosa super Magnificat In qua expositiõe hui⁹ penultimi ꝟsiculi dꝛ Post generalẽ diuine pietat' ꝛ iusticie cõme morationẽ ad singularẽ noue incarnationis dispensationẽ ꝯuertit ꝟba di. Suscepit isrl' pue҃ suũ. q̃si medic⁹ egrũ: visibilis ĩ hoĩes fact⁹ vt faceret isrl'.i. videntẽ puerũ suũ. Et addit Beda. Obedientẽ.s. ꝛ humilẽ. Nam q ꝯtemnit hũiliari nõ potest saluari. Basili⁹ ꝟbo dicta in pcedentib approbãs ait. Israel dicit nõ materialẽ quẽ sola nobilitat appel latio:sed spiritualẽ qui nomẽ fidei retinebit habens ocl'os tendentes ad deũ videndũ ꝑ fidem. Potest etiã ad israel carnalẽ hoc ap tari:cum ex eo q̃si infiniti crediderint. Hoc aũt fecit de⁹ recordat⁹ miscdie sue. Sicut lo cutus est ad patres nostros Abraã ꝛ semini eius in secl'a. Nam Abrae dixit deus. Sta tuã pactũ inter me ꝛ te.ꝛ semẽ tuũ post te in generatiõib suis federe sempiterno. vt sim de⁹ tuus ꝛ seminis tui post te. cui⁹ ꝑmissio nis dei genitrix recordata memoriam fecit. Beda ꝟo etiã inqt. Semen aũt dicit' nõ car ne ꝓgenitus ꝙ fidei eius vistigia secut⁹. cui aduentus saluator' in secl'a ꝑmissus est. Il li em̄ dicunt filij Abrae q eius fidẽ imitant'. xxij.q.ij.§.item opponit'. Unde saluator Jo. viij.inqt. Si filij abrae estis:opera abrae fa cite. Glosa aũt exponens in secl'a ait. Quia ipa ꝑmissio hereditat' nullo fine claudet':et vsqꝫ in finẽ seculi credentes nõ deerũt ꝛ bti tudinis gl'ia erit perennis. Si aũt q̃ratur:q̃ re de⁹ pmo ꝑmisit abrae incarnationeꝫ filij sui? Possum⁹ inter alias causas assignare vltra pdicta.ꝙ qꝫ ipe fuit pmus q psbyter.h

Puer ꝑ christo sumit'

R
Orō ad mariā vt suscipiat nos spūalit̄ isrl' vt puerū

senior appellat⁹ est. vt dr ī c. vl. lxxxiiij. di. Jō Jesus puer illi merito ē ꝑmo ꝓmiss⁹. ¶ O igit̄ sctissima ꝟgo cui⁹ merit ꝛ interuētu suscepit de⁹ pueꝝ suū isrl' q̄ (vt dictū est) interp̄tatur vidēs deū. fac ꝛ me videre deum filiū tuū. fac vt in lumīe tuo videā lumē. Tu em̄ Maria. i. illuminās vel illūinata vocaris. fac ḡ etiā me illuminatū ꝛ videntē. vt mihi dici possit illō Geñ. xxxij. Jsrael appellabit̄ nomē tuū. Deus em̄ fili⁹ tuus bona ꝓmisit israeli. Nū. x. Fac vt in me ꝟificet̄ illō Deut̄. xxxiij. Btūs tu israel q̄s silis tui? Diligit ei de⁹ isrl' ꝛ vult saluare eū in eternū. ij. Paral'. ix. Et in israel magnū nomē ei⁹. ps̄. lxxv. Vñ ipse inq̄t Esa. xix. Hereditas mea israel. Fac vt sim ille de quo dicit̄ Esa. xlv. Jsrael saluatus est in dño salute eterna. Fac vt sim ille d̄ q̄ dicit̄ Osee. xiiij. Jsrael germinabit q̄si lilium. Et Baruch. iiij. Jsrl' dilectio sibi. Jta vt mihi dicat fili⁹ tuus de⁹ meus illō Sopho. iij. Jubila tu israel. Et illō Joañ. j. Ecce ꝟe israelita in q̄ dol⁹ nō est. Sed nō sufficit ꝙ sim israel nisi etiā puer fiam. s. innocētia: hūilitate ꝛ obediencia: q̄lis appellat⁹ est Dauid annosus. ꝛ Abraā cētenari⁹. Ecce ei o ꝟgo dignissima ꝙ de⁹ me⁹ ꝓ salute mea factus est puer tu⁹. Vñ Mat. ij. de magis dr. Jnuenerūt pueꝝ cū Maria matre ei⁹. ꝛ in eodē c. dr Joseph ab angelo Tolle puerū et matrē ei⁹: defuncti sunt em̄ q̄ q̄rebant aīam pueri. Et Lu. ij. etiā dr. Cū cōpleti essent dies octo vt circūcideret̄ puer. ꝛ ibidē. Cū inducerēt pueꝝ Jesum ꝛc̄. Et iteꝝ Puer autē Jesus crescebat ꝛ cōfortabat̄ ꝛc̄. Cū igit̄ silitudo sit cā amor. viij. ethic. Non est miꝝ si puer tu⁹ ita pueros diligit. Vñ Luc. xiij. dr. ꝙ Jesus appꝰhendēs pueꝝ: statuit illū sec⁹ se: ꝛ ait discipul' suis. Quicūq₃ susceperit puerū istū in noīe meo. me suscipit. ꝛ Mat. ix. etiā dr. ꝙ accipiēs pueꝝ statuit eū in medio discipuloꝝ. quē cū cōplex⁹ esset ait. Quisq̄s vnū ex hmōi pueris recepit in noīe meo: me recipit. Jtē Lu. xviij. scp̄tū est ꝙ offerebāt infantes ad illū vt eos tāgeret. Qd̄ cū viderēt discipl'i increpabāt illos. Jesus aūt ꝯuocās eos dixit. Sinite pueros venire ad me ꝛ nolite eos vetare. taliū em̄ est regnū dei. Et postea intulit di. Quicūq₃ nō recepit regnū dī vt puer: nō ītrabit in illō. Et iteꝝ Mat. xviij dr. ꝙ q̄rentib₉ discipl'is q̄s maior esset in regno celoꝝ: Jesus aduocās ꝑuulū: statuit eū in medio coꝝ. ꝛ dixit illis. Amen dico vob: nisi ꝯuersi fuerit ꝛ efficiamini sicut ꝑuuli. nō intrabit in regnū celoꝝ. q̄cūq₃ ḡ hūiliauerit se sicut ꝑuulus iste: hic maior est in regno celoꝝ. Quia ꝟo discipuli h̄ audito effecti sunt sic̄ ꝑuuli. ideo dñs me⁹ ꝛ fili⁹ tu⁹ o ꝟgo bñdicta eos postea appellabat pueros dicēs Joañ. xxj. Pueri nūq̄d pulmentū habetis? Marie aūt b. Joañ. euāgelista. ꝛ ipē fili⁹ tuus adoptiu⁹ ꝛ tibi a filio tuo deputatus vt puer effect⁹ erat. de q̄ vt canit ecclesia dixit idē fili⁹ tu⁹. Ecce puer me⁹ dilect⁹ quē elegi. posui sup̄ eum spiritū meū. ¶ Fac ḡ ꝛ me esse talē pueꝝ. ꝛ non de illis de q̄b₉ dr. j. Cor. xiiij. Nolite pueri effici sensib₉. nō inq̄₃ illū pueꝝ malū de q̄ dr Esa. lxv. Puer cētū ānoꝝ morient̄. Et de q̄ dr in c. Paul⁹. ij. q. vij Maledict⁹ puer centū ānoꝝ. Nō de illis pueri q̄ fetēt vrina. Per vrinā aūt fetentē q̄ d̄ corꝑe egredit̄: significāt̄ exteriora oꝑa mali exēpli. Cōtrariū āt faciebat apl's Paulus tāq̄₃ bon⁹ puer dans oīb₉ odorē suauem boni exempli. Vñ dicebat. ij. ad Cor. ij. Chri bon⁹ odor sum⁹ in om̄i loco. Nō etiā facias me effici de illis pueri q̄ sunt timidi ad bonū aggrediendū ꝛ ꝑagendū: iuxta illō Judicū. viij. Timebat: q₂ puer adhuc erat. Non de illis de q̄b₉ dicit̄. j. Reg. ij. Erat peccatū pueroꝝ grande nimis corā dño. Non de illis q̄ stercorizant mō in lecto. mō in gremio matris. ꝛ significāt luxuriosos ꝛ corruptiōi carnali deditos. iux̄ illō Joel'. j. Cōputruerūt iumēta in stercore suo. Et eiusdē lib. iij. c. Posuerūt pueꝝ in prostibulo. Talis fuit q̄dā puer q̄ in septimo anno gñauit filiū. De q̄ per glo. xx. q. j. c. in sūma. ꝛ ꝑ doc. in ca. iij. de despō. impu. ꝛ in c. fi. de eo q̄ cogno. ꝯsan. vxo. sue. ꝛ ꝑ Hostiē. in sūma. in ti. de peni. §. cui ꝯfitendi. ꝟ. cui pueri. Nō de illis q̄ semꝑ hñt facies ꝛ man⁹ īmundas. Per faciē aūt significat̄ ꝯscientia qua cognoscimur a deo cognitione approbationis quando est bona. Per manus ꝟo significant̄ actiones corꝑales. Econtra ꝟo boni pueri habēt faciē id est ꝯscientiā mundā quā sepe lauant ꝑ ꝯfessionem: seruātes ꝯsilium ꝓphete dicent Esa. j. Lauamini: mūdi estote ꝛc̄. Et saluator nostri qui ait Mat. vj. Faciem tuā laua. Similiter habent man⁹ id est actōnes corꝑales impollutas. custodientes illō Geñ. xxxviij. Manus vestras seruate inoxias. Non etiā facias me effici de illis pueris q̄ stant in luto. i. dediti sunt terrenis q̄ tanq̄₃ lutum sunt in cōparatione celestiū. Juxta illō Sap. vij. tanq̄₃ lutū extimabit̄ argentū in cōparatiōe illius. Boni autē pueri rogant deū cū ꝓpha ps̄. lxviij. di. Eripe me de luto vt nō infigar. Nō facias me effici de illis pueri q̄ sunt debiles ad oꝑa ꝟtutum. Iux̄ illud Esa. xl. Deficiēt pueri ꝛ laborabūt. ꝛ iuuenes infirmitate cadent. De hoc etiā hr̄ Thre. ij. vbi dr. Cum deficeret ꝑuulus ꝛ lactens in plateis. Nō de ill' q̄ generāt ꝟmes. Per vermes aūt q̄ rodūt viscera ꝛ intestina significant̄ secrete detractōes ꝛ crudeles infamatiōes ipioꝝ

L
Orō ad ꝟginē ne sit vl' efficiatur de mal' pueris.

Vñ.ij.Machab.ix.dr:ꝙ de corpe ipῑ Anti ochi scaturiebãt vermes.nõ de ill'q nõ hñt ve/ rũ iudiciũ rõnis.et iõ nõ accipiunt in testes. l.iij.§.lex iulia.ff.de testib9.⁊ insti.ð testa.§. testes.⁊.iiij.q.iij.c.j.⁊.ij.Nõ de illis q dãt p̄/ ciosum iocale ꝑ pomo.de qb9 dr Thre.j.De derũt p̄ciosa qq; ꝑ vino ⁊c.Nõ ð illis q a ma ne vsq; in sero sp̃ comedũt:⁊ significant gu/ losos.de qb9 dr Esa.lvj.Canes impudẽtissi/ mi nescierũt saturitatẽ.Nõ de illis q nõ cla/ re loquunt.iuxta illð Hiere.j.Puer ego sũ nescio loq.Transsũptiue in c.in scptur.viij q.j.Itez nesciuit vocare patrẽ ⁊ matrẽ.Esa. viij.s.celestẽ in orõnib9 suis:et nesciũt eũ lau dare sicut eis p̄cepit ꝓpha p̄s.cxiij.dicẽs.Lau date pueri dñm ⁊c.Nõ de illis q multũ dor/ miũt.de qb9 dr Esa.lvj.Dormiẽtes ⁊ aman tes somnia.Multũ etiã dormire est multũ in pctis iacere.ar.in c.ponderet.l.dist.Non de illis q mag diligunt nutricẽ etiã seruam q̄ȝ matrẽ.i.q magis amãt laudari q̄ȝ corrigi et rep̄hẽdi.Nihil aũt est miseri9 illo q vanis laudib9 ⁊ adulationib9 delectatur.c.Nihil. lxxiij.dist.Nõ de illis ð qb9 dicit Prouer. xxij.Stulticia colligata ẽ in corð pueri.Nõ sicut ille cui inq̇t Ouidi9 in p̄mo ð remedio amor.Tu q̄res:nec te q̇cq̄ȝ nisi ludere opor tet.Lude:decẽt animos mollia regna tuos. Non de illis qui seipsos disperdũt:⁊ ad do mũ reuerti nesciunt.domũ.s.celestẽ.errãteq; in deserto hui9 mũdi.Iuxta illud p̄s.cvj.Er rauerũt in solitudine:⁊ viam ciuitatis habi taculi nõ inuenerũt.Non de illis q inuicem rixant.iuxta illud Geñ.xxv.Collidebãt i vte ro eius paruuli.Non de illis q clamorosi st. iuxta illð Exo.ij.Cernens paruulũ vagien/ tẽ.Sed fac me puerorũ malorũ imꝑfectionẽ euitare cum Paulo:qui.j.Cor.xiij.dicebat Cũ essem paruulus loq̄bar vt paruulus:sa/ piebam vt paruulus:cogitabã vt paruulus Cum autẽ factus sum vir:euacuaui q erant paruuli. ¶ Fac etiã me eẽ de illis puer qui puero tuo iesu assimilant:q sũt inocẽtes:ser/ uãtes illð.j.Cor.xiiij.Malicia ꝑuuli estote. Scptuȝ est em̄ Iob.xxij.Saluabit innocẽs mũdicia manuũ suarũ.Fac vt sim ð illis de quib9 dr Dañ.j.in qb9 nulla sit macula.Itẽ de illis q pauc ꝯtenti sunt:scientes scriptuȝ esse Eccĩ.xix.Initiũ vite hoĩs aqua ⁊ panis: et dom9 ꝓtegẽs turpitudinẽ.Unde apl'us q bonus puer erat dicebat.j.Tim̄.vj.Habẽ/ tes alimenta et qbus tegamur:his contenti simus.Et sic seruauit sobrietatem boni filij Qui etiam in limo siue in puluere sedẽt:ser/ uantes illud Esa.xlvij.Descende:sede in pul uere.Et sic seruãt hũilitatem:qr hũilẽ spiritu suscipiet glia.Prouer.xxix.Fac o mr dei be atissima vt dicere possim illð.iij.Re.iij.Ego

M Petitio vt sit de bõis pue ris.⁊ po/ nit ꝯditi/ ones corũ.

sum puer paruulus.s.hũilitate.Itẽ vt sim ð illis bonis puer q mot9 carnis nõ sentiũt:⁊ castitatẽ ꝑfectã huãt.De q dr Sap.vj.Cu/ stodia legũ ꝯsũmatio icorruptiõis.Incor/ ruptio aũt facit esse ꝓximũ deo.Et adiplent ꝯsiliũ apl'i dicent.j.Tim̄.j.Teip̄m castum custodi.Fac me esse de illis pueris de qb9 di cit.j.Reg.xij.Mundi sunt pueri a mlierí/ bus.Itẽ de illis q largi ⁊ libales sunt etiã ca nib9.vñ Mat.xv.dr.Catelli edunt de micis dñorũ.Sciũt em̄ ꝙ Prouer.xxij.scriptũ est Uictoriã ⁊ honorẽ adq̇rit q libẽter dat mu/ nera.Unde seruant illud cõsiliũ dñi dicẽt Lu.vj.Oĩ petẽti te tribue.Qui obediũt pa/ rẽtib9.iuxta illð Eccĩ.iij.Filij sapiẽtes eccle sie iustorũ:et natio illorũ obediẽtia ⁊ dilectio. Ideo dr.j.Pe.j.Quasi filij obedientie ⁊c. Scp̄tũ est em̄ Prouer.xxj.Uir obediẽs lo quit victoriã.Qui amant se mutuo.qr Eccĩ xiij.dr.Oẽ anial diligit sibi sil'e.Et sic habẽt charitatẽ:et sunt veri discipuli saluatoris q ait Ioã.xiij.In h̄ cognoscẽt oẽs ꝙ discipuli mei est si dilectiõem ad inuicem habuerit. Qui nõ ꝯfidũt in se:sed in patre suo.s.celesti Sciũt em̄ scp̄tũ eẽ Hiere.xvij.Maledict9 q ꝯfidit in hoĩe:⁊ ponit carnẽ brachiũ suũ.⁊ bñdict9 vir q confidit in dño.Unð vnusqsq; eorũ dt cũ ꝓpha p̄s.x.In dño cõfido ⁊c.Qui clamorẽ de iniurijs sibi illatis referũt patri suo.s.celesti.iuxta illð p̄s.cxix.Ad dñm cum tribularer clamaui ⁊c.Qui non sunt sollici/ ti de aliquo:seruantes illud q̇d ait saluator Matth.vj.Nolite solliciti eẽ dicẽtes:Quid manducabimus ⁊ q̇d bibem9 aut quo oꝑie/ mur.Et illud.j.Pe.v.Omnẽ sollicitudinez vestrã ꝓijciẽtes in deũ:qm̄ ipsi cura est ð vo bis.Qui cito ⁊ de modico placant:seruãtes illud Eph.iiij.Sol nõ occidat sup̄ iracundi am vestrã.Et illud Mat.vj.Dimittite ⁊ di mittet vob.Et illud Eccĩ.xxviij.Relinq ꝓ/ ximo tuo nocẽti tibi.Qui homĩes ꝑsonatos expauescũt ⁊ fugiũt.Unde Seneca ad Lu/ cillũ ait.Pueri hos amant cum qb9 ludere ꝯsueuerũt.etsi ꝑsonatos videãt expauescũt. Scp̄tum est em̄ Eccĩ.ix.Lõge esto ab hoĩe ptãtem occidendi habente ⁊ non suscitandi. Et eiusdẽ li.xiij.ca.Aduocat9 a potẽte disce/ de.Qui verecundi sunt.Ait em̄ Sene.vbi s̄. Uerecundia bonũ est in adolescẽte signum. Vñ Comicus poeta ait.erubuit salua res ẽ Et Eccĩ.vij.dr.Uerecũdia ei9 sup̄ aurum.Et eiusdẽ li.xxvj.ca.dr.Gr̄a sup̄ gr̄az mlier san cta ⁊ pudorata.Qui veraces sunt:seruãtes illud Eph.iiij.Deponẽtes mendaciũ:loq̇mi veritatem vnusquisq; cũ ꝓximo suo.Scp̄tũ ẽ em̄ Prouer.xij.Labiũ veritat firmũ est i ꝑpetuũ Iõ de puer inocẽtib9 dr Apoca.xiiij.In ore ipsorũ nõ est inuẽtũ mẽdaciũ.Qui nõ gliant

de põpositis z vanis vestib⁹:fuãtes illð Eccl. xj. In vestitu ne glieris vnq̃. Qui pmittũt se regi a supiorib⁹ suis sapiẽtib⁹. iux illð Oui/ dij in li. de arte amãdi. In puero ẽ etas mol lis z apta regi. Qui simplices sũt z sine dolo ac duplicitate. iux illð .j. Pe. j. Sicut mõ geni ti ĩfantes sine dolo. Seruãt eni illð saluato ris ↄsiliũ Mat. x. Estote prudẽtes sic serpẽ tes z simplices sicut colũbe. Et illud Ro. xvj. vbi apl's ait. Volo vos eẽ sapiẽtes ĩ bono: et simplices in malo. Simplicitas eni iusto⁊ diriget eos. Prouer. xj. z cũ simplicib⁹ sermo cinatio ei⁹. s. dei. puer. iij. Jõ dr Sap. j. In simplicitate cordis q̃rite illũ. Qui libent plo rant z libẽter ridẽt. iux illð Joã. xvj. Amẽ di co vob: qr plorabitis z flebitis vos: sz tristicia vr̃a vertet in gaudiũ. Tps eni ẽ ridendi z tps flẽdi Eccs. iij. Qui plorãdo nascunt. iux illð Sap. vij. Primã vocẽ siliter oĩb⁹ emisi plo rãs. Bti eni q̃ lugẽt qm̃ ipi ↄsolabũt Mat. v. ca. Qui ñ verecũdant mãducare panez. iux illð Thre. iiij. Paruuli petierũt panẽ. i. q̃ ab oĩb⁹ addiscere ñ verecundant: sed oĩm panẽ. i. doctrinã comedũt tãq̃ ĩgeniosi pueri. sicut fu/ it Salomõ q̃ d se ait Sap. viij. Puer erã ĩ/ geniosus. Qui sp̃ sũt hilares ĩ bono. iux illð Eccl. xxvj. Diuitis z paupis cor bonum: z ĩ oĩ tpe vult⁹ hilaris. Hilarẽ eni datorẽ diligit de⁹ ij. Cor. ix. Qui credũt pmissionib⁹. s. diuis. et iõ ↄsequunt eas. vñ Nũe. xiiij. inq̃t dñs. Paruulos ĩtroducã in t̃rã q̃ displicuit vob Qui amãt vestimẽta decẽtia z nitida. fuan/ tes illð Eccl. ix. Oĩ tpe sint vestimẽta tua can dida. Qui deũ laudãt. iux illð ps. viij. Ex ore ĩfanciũ z lactẽ. pfe. lau. vñ q̃nq̃ eis dat spũs pphie: sm illð Lu. j. Tu puer ppha altissimi vocaberis. Tal' puer erat apl'us q̃ dicebat. j. Thes. ij. Facti sum⁹ sicut puuli ĩ medio vestr̃. Sciebat eni q̃ dñs vocat puulos ad regnũ celo⁊: di. Prouer. ix. Siq̃s est puul⁹ veniat ad me. Et q̃ puulos in ocul' suis elegit ad re gnũ. j. Regũ xv. vbi dictũ est Saul. Cũ eẽs puul⁹ in ocul' tuis vnxit te dñs ĩ regẽ. Noue rat ẽt q̃ dñs sapiaz pstat puul'. ps. xviij. vt ĩ/ q̃t Salomõ puer. viij. Intelligite puuli astu tiã. Et. xiij. eiusdẽ li. c. j. Possidebũt paruuli astutiã. Itẽ q̃ dñs custodit paruulos. cxiiij. et q̃ intellectũ dat puulis: ps. cxviij. vñ sal/ uator ait p̃ri suo Matt. xj. Abscõdisti hec a sapiẽtib⁹ z pru. z reue. ea puul'. et idẽ hr̃ Lu. x. Sciebat q̃z q̃ boni pueri hitãt cũ deo. iux illð Lu. xj. Pueri mei mecũ sũt ĩ cubili. ¶ O
N igit brĩssima btõ⁊ virgo pijssima: q̃ vides q̃ ego nõ sum puer bon⁹ sicut desiderat videri fi li⁹ tu⁹/ rogo vt cõpatiaris mihi. z de me pue/ ro tuo dicas ei illð Mat. viij. Dñe puer me us iacet ĩ domo paralytic⁹ z male torq̃t: sed tu dic v̂bo z sanabit puer me⁹ Lu. vij. z tũc osci tabit puer septies. iiij. Reg. iiij. et vivificabit ĩ me illð. j. paralip. xxxiiij. Cũ puer eẽt cepit q̃re re dñm. Dic o v̂go scĩssima filio tuo. Ne a/ uertas faciẽ tuã a puero tuo. ps. lxviij. Dic ei nõ illð ps. lxxxv. Da impiũ puero tuo. sed vt exaudiet me clamãtẽ z dicẽtẽ sibi illð Sap. ix. Noli me reprobare a pueris tuis qm̃ seru⁹ tu⁹ sũ ego z fili⁹ ancille tue. z tũc ex sua beni/ gnitate d me dicet illð Osee. xj. Puer me⁹ isrl' z dilexi eũ. Et illð Esa. xj. Ecce puer me⁹ exaltabit: z sublimis erit valde. q̃ v̂ba hñt sz vnã trãslatiõem. Tũc q̃z dicet tibi benign⁹ fi li⁹ tu⁹ illð Gen. xliij. Ego suscipio pue⁊. et il/ lud Job. xlij. Faciẽ ei⁹ suscipiã. Ego ãt ei exul tãs dicã. Exaltabo te dñe qm̃ sus. me. ps. xx/ viij. qr me ppt' ĩnocẽtiaz meã suscepisti. ps. xl. scz a m̃re tua ĩpetratã. Itẽ qr me suscepit de/ xtera tua. ps. lxij. Item qr sal⁹ tua de⁹ suscepit me. ps. lxviij. z cũ glĩa suscepisti me. ps. lxxij. Tũc eni dicã ei. Suscepisti me d vt'o m̃ris. ps. cxxxviij. Fac ẽt o sctã⁊ scĩssima vt puer tu⁹ oñdat se mihi. qr eũ ex dfectu meo pdidi. Vñ dicere possũ illð Gen. xxxvij. Puer nõ cõparet: z ego q̃ ibo? Dic g̃ ei de q̃ dr ps. cvj. Suscepit eos d manu iniq̃tatis: vt me q̃z ini quũ suscipe dignet. Ego aũt dico tibi o puer dñe mee illð q̃d ĩ eodẽ ps. hr̃. s. Suscipe me sm eloquz tuũ. Tu ei dixisti Hiere. iij. Re/ uertere ad me z ego suscipiã te. Ego v̂o toto corde reuertor ad te z oro dicẽs illð Act. vij. Dñe iesu suscipe spm̃ meũ: vt te cũ brĩssima m̃re tua sp̃ magnificare possit z exultare ĩ te deo salutari meo: cui sit honor z glĩa Amẽ.

Incipit ps. VII. huius opis q̃d Mariale nuncupat: in q̃ tractat de brĩssime v̂ginis Marie parturitiõe. Hec ãt ps pprio ac parti culari noĩe fluui⁹ dulcedis infinite appellat.

Sermo I

a

Nnuncio vo bis gaudiũ magnũ: qr nat⁹ ẽ hodie saluator mũdi. Luc. ij. et in euãge. occurrẽtis solẽnitatis Inq̃t Leo papa ĩ ser. natiuitatis dñi. Saluator nr̃ dilectissimi hodie nat⁹ ẽ: gaudeam⁹: neq̃ ei fas ẽ locũ eẽ tristicie vbi natal' ẽ vite: q̃ cõ sũpto mortalitatis tiore ĩgerit nob de pmissa etnitate leticiã. nemo ab h⁹ alacritatis pticipa tiõe secernit. vna cũctis leticie cõis ẽ rõ: qr dñs nr̃/ peccti mortisq̃ dstructor sicut nullũ a reatu liberũ reppit: ita p liberãdis oĩb⁹ vẽit. exultet sctũs qr appropiq̃t ad palmã. gaudeat pctõr qr ĩuitat ad veniã. aĩet gẽtil' qr vocat ad vitã. Hec ille Que v̂ba accepit origĩalr ab Aug. ĩ ser. iij. h⁹ solẽnitatis. Oẽs igit ĩ hac celebria fe stiuitate ñ solũ cordis iubilare deẽm⁹: sz ẽt ore z ligua leticiã nr̃az dmõstrare vt possim⁹ puu

lo nato dicere cũ ꝓpha ps. cxxv. Repletuȝ est gaudio os nr̄m: ⁊ li. no. ex. Cām āt hui⁹ tāti gaudij assigṅt angel⁹ ĩ ṽbis themač nr̄i. Sup q̄b⁹ tres solũmō duotas ↄsideratiões faciemus.
Prima dicet̃ ꝓpheratiõis.
Secunda declaratiõis
Tertia consolatiõis.

B Recitat ꝓphias ð icarnatione chr̄i

Pars. I. hui⁹ ſmonis q̄ ð̄r ꝓphetatiõis

Quia de ꝓphetijs incarnatiõis ⁊ natiuitač chr̄i diffuse tractaui i. ĩ. pᵗe rosarij ſmonũ. ser. xiiij. p. iij. ido h̄ breui⁹ ptrãseo. Solũ autẽ q̄nq; ꝓphias referã ꝓphaꝝ veterꝭ testamẽti: vt appareat ṽificatũ esse illð Amos. iij. Nõ faciet dñs ṽbũ. s. icarnari ⁊ nasci q̄n p̄u⁹ loq̄t̃ ad ꝓphetas suos. Haꝝ āt ꝓphiaꝝ pima ð̄ nr̄itate ei⁹ ex ṽgie sepi⁹ allegata in p̄cedentib⁹ ser. h̄r Esa. vij. vbi ð̄r. Ecce ṽgo cõcipiet ⁊ pariet filiũ: ⁊ vocabit̃ nomẽ ei⁹ emanuel. i. nobiscum de⁹. Scð̄a q̄ debebat nasci media nocte h̄r Sap. xviij. vbi inq̄t Salomõ. Dũ mediũ silentiũ tenerẽt oĩa: ⁊ nox ĩ suo cursu mediũ iter h̄ret: oĩpotens ſmo tu⁹ dñe a regalib⁹ sedib⁹ veñ. Tertia q̄ deberet nasci ĩ via: ⁊ ñ h̄re domũ vl' hitatiõeȝ ꝓpiã: h̄r Hiere. xiiij. vbi illi ð̄r ꝓpha. Quare sic colon⁹ futur⁹ es in t̃ra: ⁊ q̄si viator declinãs ad manedũ. q̄re futurus es velut vir vag⁹? Quarta q̄ debebat nasci apð̄ Bethleē h̄r Mich. v. q̄ ꝓphia recitat̃ et Mat. ij. vbi ð̄r. Tu bethleē terra ephrata ñ. mima es ĩ milib⁹ iuda. ex te eĩ exiet dux q̄ regat ppl'm meũ isrl': ⁊ egress⁹ ei⁹ ab initio a diebus eẽnitač. Quĩta ꝓphia q̄ fili⁹ ðĩ q̄ ĩ veti testõ dederat legẽ filijs isrl': debebat corpal'r cũ hoīb⁹ ↄuersari ⁊ ill' dare legẽ euãgelicã h̄r Baruch. iij. ca. vbi ð̄r de eo. Hic ẽ de⁹ nr̄ ⁊ ñ extiabit̃ ali⁹ aduersus illũ. Hic adinuẽit oẽȝ viã discipline: ⁊ tradidit eã Jacob filio suo: et isrl' dilecto suo. Post hec sup t̃rã visus ẽ ⁊ cũ hoīb⁹ ↄuersat⁹ est. Et ĩ c. seq̄nti ĩmediate subinfert̃. Hic liber mãdatoꝝ ðĩ: ⁊ lex q̄ ĩ eẽnũ manet. oẽs q̄ tenẽt eã pueniẽt ad vitã. q̄ aũt reliq̄rit eã: ĩ morṫe. Hec ibi. ¶ Nõ soluȝ aũt ꝓphe dei ð̄ chr̄i natiuitate p̄dixerũt: sed et infideles ⁊ pagani. Int̃ q̄s fuit Albumasar li. vj. introductorij sui ĩ astrologia. q̄ ſm trãslatioñẽ Hermãni secũdi ⁊ Joãnis hispalẽsis dixit: q̄ vna ṽgo hebrea pulcra atq; honesta ⁊ mũda: atq; a viro suo ĩtacta: ðbebat parere ⁊ nutrire filiũ quẽ appellaret Jesũ. Plato q̄ȝ de h̄ p̄dixit ſm Hiero. ⁊ Aug in. vij. li. cõfes. Vñ refert Erbic⁹ phs in cõmẽtario sup illo ṽbo Boetij de disciplĩa schol'. s. Platonis ꝓbata diuinitas: q̄ in tũba Platonis inuẽta fuit lamina aurea sup pect⁹ ei⁹ in q̄ sc̄ptũ erat. Credo in iesum chr̄m nasciturũ de ṽgie passurũq; p hũano genere: ⁊ tertia die resurrecturũ. et merebunt̃ iusti videre dñm deum

C Ex isfidelis p̄dixe rũt icarnatiõem chr̄i

suũ Jesum: regẽq; suũ ṽbũ pr̄is atq; pncipium cũ eo cũcta cõponẽs. Hec ille. Dicit etiã b. Tho. ij. ij. q. ij. ar. vij. q̄ mlt̃ gẽtiliũ facta fuit reuelatio de chr̄i icarnatiõe. sic patet in Balaã q̄ p̄dixit ð̄ natiuitate chr̄i Nume. xxiiij. di. Orief̃ stella ex Jacob ⁊c. Et in btõ Job q̄ cũ esset ð̄ pp'o gẽtili ꝓphetauit de ea sui libri ca. xix. loq̄ndo more ꝓphetico de futurꝭ tãq̄ȝ de p̄teritꝭ: dũ dixit. Scio q̄ redẽptor me⁹ viuit: ⁊ in nouissimo die de terra surrectur⁹ sũ: et rursum circundabor pelle mea: ⁊ in carne mea videbo deũ saluatoreȝ meũ ⁊c. Recitat q̄ȝ idem doctor vbi s. inueniri ĩ histořijs romanoꝝ: q̄ tpe Cõstãtini augusti ⁊ Helene mr̄is ei⁹ inuentũ fuit q̄ddã sepulcrũ in q̄ iacebat hõ laminã aureã h̄ns in pectore in q̄ sc̄ptũ erat sic: Chr̄s nascet̃ de ṽgine ⁊ credo in eũ. O sol: Helene ⁊ Cõstantini tpib⁹ iterũ me videbis. i. videri facies. Et q̄dam putãt hoc esse ideȝ cum illo q̄d refert Erbic⁹ phus scȝ fuisse corpus Platonis talẽ laminam in pectore habentꝭ. Legit̃ quoq; in chronicꝭ regũ Castelle q̄ apud Toletum sub quodã saxo inuent⁹ est liber vetustissimus: q̄ scriptus erat lr̄a hebrea: greca: ⁊ latina. et in illo dicebat̃ sic. Christus fili⁹ dei nascet̃ de ṽgie Maria: et p salute hoīm patietur. Uirgili⁹ q̄ȝ in bucolicꝭ canit. Ultima chumei iã venit carminis etas. Jam redit ⁊ virgo redeũt saturnia regna. Jam noua pgenies celo demittit̃ alto. Sil'r Ouið. in li. de mutatõe vite q̄ intitulat̃ de vetula: sic ait. Una q̄dẽ talis felicꝭ tpe nup Cesarꝭ augusti fuit ãno bis duodeno a reg̃ nouitate sui. Qui significauit post annũ sextũ nasci debere ꝓphãm absq; matrꝭ coitu de virgine ⁊c. ¶ Sibylle q̄ȝ. xij. predicte p̄dixerunt de chr̄i natiuitate: sic declarat sctũs Aug. xix. de tri. et Lactanti⁹ li. j. ⁊ iiij. diuinaꝝ insti. quaꝝ solũmõ q̄nq; dicta ad p̄sens recitabim⁹: q̄a de alijs dixim⁹ in dicto sermone rosarij nr̄i. ¶ Prima ꝓphetia ẽ Sibylle psice: q̄ ait. Ecce bestia ↄculcaberꝭ ⁊ nascet̃ dñs in orbẽ terraꝝ: ⁊ gremiuȝ ṽgis erit salus populoꝝ. Inuisibile ṽbũ palpabitur. ¶ Scð̄a ꝓphetia est Sibylle libyce: que ait Ecce veniet dies ⁊ illũinabit dñs cõdensa tenebraꝝ: ⁊ soluet̃ nexus synagoge: et desinẽt labia ꝓphaꝝ: ⁊ videbũt regẽ viuentiũ: ⁊ tenebit illũ in gremio virgo dña gentiũ: ⁊ regnabit in miscð̄ia: ⁊ vter⁹ matris ei⁹ erit statera cũctoꝝ. ¶ Tertia ꝓphia ẽ Sibylle Erythree dicentis. In vltima etate humiliabit̃ deus humiliabit̃ ꝓles diuia. vnietur humanitati diuinitas. iacebit in feno agnus. et puellari officio educabit̃ deus ⁊ homo. Signa autẽ p̄cedent apud iudeos. Mľier vetustissima scȝ Helisabet puerum concipiet. Stella orbis mirabit̃: ⁊ ducatũ p̄stabit. s. magis ad

D Quõ sibylle p̄dixerũt de christo.

ortũ.s.chri. Hic hñs annos.xxxiij.eliget sibi de piscatoribꝫ ⁊ eiectis hoibꝫ nũerũ duodenariũ: vnũq3 diabolũ.s.Judã.nõ in gladio bello vel eneadẽ vrbẽ.s. Romã: regesq3 subijciet. sed ĩ hamo piscatoris.s.Petri. Huic q̃ttuor aĩalia.i.q̃ttuor euãgeliste: surgẽt in testimoniũ. Huic cõtradicet a bestia.i. antichristo Erit aũt bestia horribilis.s. Mahumet: ab oriẽte veniens cui⁹ rugitus vsq3 ad gentes punicas audiet. hec illa. ❡ Quarta ꝓphetia est sibylle tyburtine. que ait: Nascet christus in bethleem: annũciabit in Nazareth regnãte tauro pacifico ⁊ fundatore q̃etis. O felix illa mr̃ cui⁹ vbera christũ lactabũt. Hec illa. Et in hoc ꝯcordãt cũ deuota muliere q̃ vt hr̃ Lu. xj. exclamauit dicẽs christo. Btũs vẽter qui te portauit ⁊ vba q̃ suxisti. Per tauꝝ ãt in p̃dicta ꝓphia intelligit̃ fm glo. Octauian⁹ imperator q̃ appellat⁹ est taurus. quia habebat taurũ ꝓ insigni. Pacific⁹ q̃3 dict⁹ est: q2 multis annis (vt infra dicet̃) ĩ magna pace mũdũ rexit: cuius tpe christus nat⁹ ẽ. ❡ Quinta sibylla est Chumica in italia nata: q̃ fuit tpe Nume põpilij scdi regis romãoꝝ: sic dicẽs. In diebꝫ illis exurget mlier de stirpe iudeoꝝ nomine Maria: ⁊ habebit spõsum noĩe Joseph: ⁊ ꝓcreabit̃ ab ea sine cõmixtione viri de spũscto filius dei noĩe Jesus. et ipsa erit vgo añ ⁊ post partũ. q̃ vo ex ea nascet̃ erit ver⁹ deus ⁊ ver⁹ hõ: sic oẽs ꝓphe p̃dicauerũt. Hec illa Ex q̃bus oibꝫ appet neq̃tia ⁊ dãnosa iudeoꝝ obstinatio: q̃ nec suoꝝ dictis ꝓphaꝝ nec gẽtiliũ3 de christo sic clare loq̃ntiũ volũt credere ĩ ipm: De q̃bꝫ canit ecclia in missa occurrenti. Si nõ suis vatibꝫ credat vel gentilibꝫ: sibyllinis vsibꝫ hec p̃dicta.

Pars. II. huius sermonis que dicit̃ declarationis.

Natiuitas chri miraculis declaratur.

Natiuitas filij dei ⁊ parturitio matris ei⁹ diuersis ẽ miraclis ⁊ prodigijs declarata. Quoꝝ p̃mũ ponit Innocẽti⁹ papa terti⁹ dicẽs ꝙ Rome duodecim annis pax fuit. vñ romani tẽplũ pacis pulcerrimũ ꝯstruxerũt: cõsuluerũtq3 Apollinẽ quantũ durare deberet p̃dictũ tẽplũ. Qui rñdit ꝙ duraret vsq3quo vgo pareret. Qð audiẽtes dixerũt. g̃ in eternũ durabit. Credebãt eñ ꝙ nunq̃3 pareret vgo: put etiã impossibile erat ꝑ naturã. Qua ex re ĩ foribꝫ tẽpli scp̃serũt: Templũ pacis in eternum. sed in ipsa nocte in q̃ vgo bñdicta pepit filiũ suũ dñm iesum christum/templũ illð funditus corruit. et ibidẽ est mõ ecclia scte Marie noue: in q̃ ego fui. ❡ Scdm ꝓdigiũ põit Orosius ⁊ Innocenti⁹ p̃dict⁹ dicentes: ꝙ in die natiuitatis dñi fons aq̃ in liq̃rẽ olei vsus est: et erumpẽs vsq3 ad tyberim tota die illa largissime emanauit. Prophetauerat eñ Sibylla ꝙ q̃ñ nasceret̃ saluator ꝓrumperet fons olei. ⁊ ibi mõ est ecclia q̃ dr̃ scta Maria trãs tyberim. ❡ Tertiũ ꝓdigiũ ponit Chrys. sup Mat. dicens: ꝙ magis sup q̃dã mõte orantibꝫ in nocte natiuitatis dñi: stella sup eos apparuit: q̃ formã pueri pulcerrimi hẽbat: ⁊ in eius capite crux pẽdebat: q̃ magos alloq̃ns dixit: Jte in iudeam: ⁊ ibi puerũ natũ q̃ ẽ dei filius inuenietis. Et ipi statim recesserũt: ⁊ in iudeã ꝑrexerũt: q̃rẽtes ⁊ dicẽtes. Ubi est qui nat⁹ est rex iudeoꝝ? Uidim⁹ eñ stellam eius in oriẽte ⁊ venim⁹ adorare eum: vt hr̃ Mat. ij. ❡ Quartũ miraculũ ponit mgr̃ Bartholome⁹ pisan⁹ in suõ Mariali dicẽs: ꝙ vinee Engaddi faciẽtes balsamũ in nocte ntitatis dñi miraculose floruerũt: ⁊ liq̃rẽ suũ3 dederũt. Et hoc factũ fuit vt significaret̃ impletã esse scpturaꝫ q̃ in ꝑsona btissime virgis inq̃t Ecci. xxiiij. Sic cinnamomũ ⁊ balsamũ aromatizãs odorẽ dedi. Et ibidem. Quasi balsamũ nõ mixtũ odor me⁹. Ei⁹ aũt sponsus ait Cañ. ij. Uinea nr̃a floruit: ⁊ fruct⁹ eius dulcis gutturi meo. ❡ Quintũ ꝓdigiũ fuit de boue ⁊ asino recognoscẽtibꝫ christum modo suo Nã cũ (vt infra dicet̃) deberet Joseph a galilea ꝓficisci in Bethleẽ cũ btã vgine ꝑgnãte: duxit secũ bouẽ: forte vt ipm venderet ⁊ censum ꝓ se ⁊ vxore sua solueret: ⁊ de residuo viueret: maxĩe q2 timebat ipsam debere añ reuersionẽ parere. Asinũ q̃3 duxit secum forte vt sup eũ vgo bñdicta grauida veheret̃. Cũ aũt btissima vgo filiũ suũ pepit: statim bos et asin⁹ genibꝫ flexis creatorẽ suũ adorauerũt Et hoc p̃dictũ3 fuerat Esa. j. vbi dr̃. Cognouit bos possessorẽ suũ: ⁊ asin⁹ p̃sepe dñi sui. israel aũt me nõ cognouit dr̃ dñs. De q̃ etiã ꝓphetauerat Sibylla samia: a sama isula dicta q̃ ait: Ecce veniet diues: ⁊ nascet̃ de paupercla: ⁊ bestie terraꝝ adorabũt eũ. clamabũt et dicẽt. Adorate eũ in atrijs celoꝝ. Hec illa De hoc etiam p̃dixerat ipse domin⁹ Esa. xliij. Glorificabit me bestia agri. quia a comestione feni sup quod puer iesus iacebat abstinuit bos ⁊ asinus. ❡ Sextum prodigiũ ponit beatus Hieronymus super Esa. ix. ca. dicens ꝙ in hora natiuitatis christi omnes sodomite per vniuersum orbem mortui sunt. domini

De sodomitis mortuis ĩ natiuitate domini.

quos fecit dei filius eradicari: ne in natura quã assumpserat tanta ĩmũdicia inueniret̃. Unde q̃dam dicunt Uirgiliũ qui illo vicio infectus erat illa hora mortuũ esse. Propter hoc etiã abominabile scel⁹ de⁹ mittit fames: terremotus ⁊ pestilentias: vt ait imperator in auten. vt non luxuri. cõtra natu. coll. vj. circa medium. et glo. in ca. flagitia. xxxij. q. vij. Quod peccatũ ꝓpter sui turpitudinẽ appellat̃ nephãda libido. vt in. §. item lex iulia. insti. de publi. iudi. et ca. in eo. xxxij. q. iiij. Jtem

appellat fedissima neq̃tia. E. de adulte. s. fe/dissimã. Tãborrẽdum etiã est viciũ ꝯ natu/rã ꝙ vt ait Aug⁹. de⁹ vidẽs hũanã naturam eo vicio contamiatam/fere desijt incarnari. ¶ Septimũ ꝓdigiũ posuit Eusebi⁹ ꝛ magr̃ histoꝛiaꝝ dicẽtes ꝙ in die natiuitatis dñi in oriente apparuerũt tres soles. Qui paulatĩ ad inuicẽ appropinq̃ntes: in vnũ solẽ reda/cti sunt. ꝑ quod significabat ꝙ cognitio vni us dei ꝛ triũ ꝑsonaꝝ diuinaꝝ toti mõdo imi/nebat: ꝛ ꝙ de⁹ ver⁹ creatoꝛ ꝛ rectoꝛ solis na/tus erat. q̃d ꝓdigium q̃a infideles ꝛ obstina ti non intellexerũt q̃d significaret: ideo in er roꝛe suo remanserunt. Unõ dicere potuerũt illud Uirgilij. iij. Eneid. Tris adeo icertos ceca caligine soles Erram⁹ pelago. ¶ Octa uum ꝓdigiũ ponit Orosi⁹: Eutropi⁹ ꝛ Inno centi⁹. iij. dicentes: ꝙ Octauianus impatoꝛ vniuerso oꝛbe dicioni Romanoꝝ subiugato intantũ senatui placuit vt eum ꝓ deo colere vellent. Prudẽs aũt impatoꝛ se moꝛtalẽ cõ/siderans ꝛ cognoscẽs: imoꝛtalitatꝭ nomẽ no luit vsurpare. Ad illoꝝ ãt importunã instã/tiã Sibyllã ꝓphetissam aduocauit: scire vo lens ꝑ eius oracl'a si in mõdo aliq̃s eo maioꝛ aliq̃n nasci deberet. Cũ g̃ in hac die natiuita tis dñi ꝯcilium sup hac re cõuocasset. ꝛ sibyl la in camera impatoris oraculis isisteret: ho ra circiter tertia: vel ẽm aliq̃s sexta: aere liq̃/do: puro ac sereno existẽte: circulus aure⁹ cir ca solẽ apparuit ꝛ in medio circuli ꝟgo q̃daꝫ pulcerrima stans sup aram/pueꝝ gestãs in gremio Tunc sibylla cesari ostendit. Cũ aũt impatoꝛ ad p̃fatam visionẽ plurimũ admi/raret: audiuit vocẽ de celo dicentẽ. Hec est ara celi. Dixitq̃ʒ ei sibylla Hic puer maioꝛ te est: et ideo ipm̃ adora. Intelligens igit im/peratoꝛ ꝙ hic puer maioꝛ se erat: ei thura ob tulit ꝛ deũ se appellari nõ ꝑmisit. Ipa vo ca/mera ad honoꝛẽ btĩssime ꝟginis ded͛cata ẽ. vnde vsq̃ʒ in hodiernũ diẽ d͛r sancta Maria ara celi: et est in oꝛdinis nostri monasterio: et ego in ipsa eccl'ia ꝛ capella missaꝫ celebra/ui. Legit quoq̃ʒ ꝙ quãdo Hieremias ꝓphe/ta in egyptũ descendit: dedit egyptijs signũ ꝙ tunc idola sua coꝛruerent q̃n virgo pare/ret. Et ideo sacerdotes egypti imaginẽ virgi nis cũ puero in secretario templi adoꝛabant Sed in nocte qua bñdicta ꝟgo filiũ suũ pe perit/omnia idola coꝛruerũt. Rome etiam erat q̃dã magna statua in aere diabolica ar te sublleuata. de q̃ rñsum erat ab idolis ꝙ ñ caderet donec ꝟgo pareret. Uñ in sacratissi ma nocte natiuitatꝭ dñi cecidit. ꝑ q̃d significa tũ est ꝙ p̃ns ꝑncipis demonũ ꝑ virginẽ cõ/trita fuit. Ad cui⁹ bñdicte ꝟginis gl'iaꝫ hãc deuotã laudẽ dicam⁹ Salue regina miseri coꝛdiosa ꝛc. vide in coꝛona nostra. cxxxviij.

Pars tertia huius sermonis que dicitur consolationis.

De consolatõnib⁹ ex hac benedicta chꝛi natiuitate habitꝭ nemo posset sufficiẽter sermocinari: tñ ꝑ ꝯsola tione vestra quinq̃ʒ ad p̃ns refere mus. Prima d͛r diuinalis. s. ipsi⁹ dei. Solẽt eñ p̃res q̃n eis nascit fili⁹: maxĩe ꝑmogenit⁹ tantã in leticiã ꝛ gaudiũ ꝓsilire: ꝙ etiã nun/ciãti sibi parturitiõem ipaꝝ: aliq̃ in signuꝫ boni ꝛ gratissimi nũcij mũera largiunt. ꝛ eo maxĩe q̃n ꝑ m'lta tp̃a in desiderio bñdi ipm̃ filiũ ꝑmanserunt. Cũ igit de⁹ ꝑ multa milia annoꝝ steterit in desiderio bñdi filiũ ex ima culata virgine: vt patet Esa. xlix. vbi ipe ait. Nunq̃d ego q̃ alios parere facio: ipe nõ pa/riã: Ego q̃ alijs generatiõem tribuo: nunq̃d sterilis ero: q. d. non. sed tp̃e debito ꝛ oꝛdina to filiũ ex purissima virgine habebo. Seq̃t ꝙ in hac sacratissima natiuitate filij sui dile ctissimi signa maxime dilectõis oñdit: ꝛ do/naria gr̃e sue abũdantissime elargit⁹ est: et annuatim in die ista elargit. Nõ solũ autẽ p̃r celestꝭ gauisus est: sed etiã spũssctũs q̃ hu ius generatiõis mediatoꝛ fuit. Esa. lxij. Et ipe fili⁹ in die natalis sui ꝯuiuiũ fecit ꝛ omi anno facit ꝑmatib⁹ suis. i. angelis ꝛ sctĩs ac deuotis suis. Sicꝫ ꝛ d̃ Herode legit Mat. xiiij. et Mar. vj. ꝙ in die natalis sui fecit ce/nam ꝑncipib⁹ suis ꝛ tribunis ac ꝑmis gali/lee. Oẽs igit ĩ hac die ꝯfidẽter postulẽt a deo q̃scũq̃ʒ volũt gr̃as: ꝛ facillime eas poterunt ipetrare. Magni etenĩ ꝑncipes ĩ natalicijs suis se subditꝭ suis liberalissimos solẽt exhi/bere. ¶ Scd̃a ꝯsolatio d͛r spũalis. s. spiritu/um btõꝝ: oĩm vicꝫ angeloꝝ q̃ in hac natiui tate indicibili gaudio iubilarũt. Uñ vt ha/bet Luc. ij. postq̃ʒ angelus nũciauit pastori bus natiuitatẽ saluatoꝛis: facta ẽ cũ eo mul/titudo celestis exercitus laudantiũ deum et dicentiũ: Gl'ia in excelsis deo ꝛc. Gr̃as eñ deo referebãt ꝛ valde exultabãt: q2 nat⁹ erat ille q̃ eoꝝ ruinã venerat repare. De q̃ ꝓpheta uerat Dauid p̃s. cix. di. Iudicabit in natiõi/bus implebit ruinas. De hoc ãt gaudio an/geloꝝ inq̃t Aug. ĩ ser. x. de natiuitate dñi dicẽs Hodie chꝛs in leticia est: ꝛ diabolus ĩ luctu Hodie angeli in exultatiõe: ꝛ demones ĩ cõ/fusione. Hec ille. ¶ Tertia cõsolatio d͛r pa/stoꝛalis. Sed anteq̃ʒ ad ei⁹ declaratiõeꝫ ve/niamus est sciẽdũ ꝙ natiuitas dñi fuit a trib⁹ generib⁹ creaturaꝝ int͛ alias venerata: q̃ a[illegible] q̃d moꝛale nob̃ inuũt. Prio ab angel'. q̃ vt s̃ dictũ est) annũciauerũt ipaꝫ natiuitatẽ dul/citer decantantes. Per q̃s significant inno centes ꝛ iusti q̃ partum virginis digne cele brant ꝛ decãtant ĩ coꝛdib⁹ suis deo: ẽm cõsi/liũ apl'i Col. iij. Scd̃o ab aĩalib⁹ fuit hono/

(Margin notes: H — Magne gr̃e p̃stãt ĩ ntĩtate dñi fide/libus. — Angeli letant — I — Natitas chꝛi est a triplici [illegible]atura venerata)

rata.s.a boue ⁊ asino iuxta ꝑsepe astantibꝫ ⁊
circũdãtibꝫ regẽ natũ. Et ista aĩalia simpli-
cia ⁊ laboriosa significãt hoĩes simplices ac
bñ operantes:q̃ partũ ṽgis p opa mi scõie ve-
nerant. Quos ⁊ ip̃e dñs ĩ celesti pr̃ia honora
bit. Iuxͣ illud ad Ro.ij. Glĩa honor ⁊ pax oĩ
operanti bonũ. Tertio fuit honorata a pasto-
ribꝫ:p q̃s significant aĩaꝝ p̃lati: q̃ vigilãt su
p gregẽ suũ. Unicuiqꝫ em̃ p̃lato inquit dñs
Ioã.xxj. Pasce oues meas. Prelati igit̃ oẽs
debẽt d̃ subdit̃ suis diligẽter curã hr̃e:si na
tiuitatẽ chr̃i cũ sctis pastoribꝫ volũt honora
re:⁊ cũ ipsis in hac die cõsolationẽ de puulo
Iesu recipe. Fuit em̃ hec natiuitas valde cõ
solatoria p̃dict̃ pastoribꝫ q̃ custodiebãt vigi
lias noctis sup gregẽ suum. Et erat ille locꝰ
ꝓpe ciuitatẽ Bethleẽ p vnũ miliare: q̃bꝫ (vt
d̃r Luc.ij.) apparuit angelus dñi:et claritas
dei circũfulsit illos:⁊ timuerũt timore mag̃
Uidẽtes em̃ angelos moriebant̃: Iudic.xiij
Scd̃z aũt Bedã sup Lu. apparuit angelꝰ cũ
claritate:q̃d in nulla alia apparitõe angelica
factum repit̃.vt ostenderet q̃ natꝰ erat ille q̃
illũinare venerat eos q̃ in tenebris et in vm-
bra mort̃ sedent: ad dirigẽdos pedes suos
in viam pac̃.Luc.j. Dixit aũt illis angelus.
Nolite timere: Ecce em̃ euãgelizo vob gau-
diũ magnũ q̃d erit oĩ ꝑplo:q̃a natꝰ est hodie
saluator qui est chr̃s dñs in ciuitate Dauid.
Et hoc vobis signũ.s.do. Inuenietis infantẽ
pannis inuolutũ ⁊ positũ in ꝑsepio. Cõside-
ra ḡo aĩa deuota q̃ntũ exultauerũt scti pa-
stores messiã natũ esse: ab angelo audientes
simul ⁊ vidẽtes multitudinẽ maximã ange-
loꝝ post istã annũciatiõez cũ ip̃o angelo dul
citer canentẽ ⁊ in celũ iubilãdo ascẽdentem.
Sequit̃ aũt in euãgelio. Et factũ est discess-
erũt angeli ab eis in celũ/pastores loq̃bant̃
ad inuicẽ dicẽtes. Trãseamꝰ vsqꝫ Bethleẽ ⁊
videamꝰ h̃ ṽbũ q̃d fecit dñs ⁊ ondit nob. Et
venerũt festinãtes ⁊ inuenerũt Mariã ⁊ Io
seph ⁊ infantem positũ in ꝑsepio. Uidentes
aũt cognouerũt de verbo q̃d dictũ erat illis
de puero hoc. ⁊ oẽs q̃ audierãt mirati sũt de
his q̃ dicta erant a pastoribꝫ ad illos. Et re-
uersi sũt pastores laudãtes ⁊ glĩficãtes deũ
de oĩbꝫ q̃ audierãt ⁊ viderãt: sicẽ dictũ est ad
R illos. ¶ Sed p maiori declaratiõe p̃dictoꝝ
Tria li- est sciendũ q̃ hõ libenter videt tria. Prio rẽ
benter vi dilectã ⁊ charam. vbi em̃ est amor:ibi oclꝰs
demus libenter respicit. Et ideo pastores affectuose
ꝑrexerũt ad videndũ chr̃m fidelissimũ ami-
cũ:qui venerat in mõm propter nimiã cha-
ritatẽ suã vt saluaret eos. Uñ apl's ait Eph.
v. Chr̃s dilexit nos ⁊ tradidit semetip̃m pro
nobis ⁊c. Secundo libẽter videt homo rem
pulcrã. Nam vt d̃r Augꝰ.vj.musice. Nihil
amamus nisi pulcrũ. Uñ etiã Dionysiꝰ in li.
de diui.no. ait. Bonũ ⁊ pulcrũ fm oẽm rõnẽ
cuncta desiderant intueri. Qr igit̃ chr̃s erat
speciosus forma p̃ filijs hoĩm: vt d̃r ps.xliiij
ideo eum videre sũmope desiderabãt. Ter-
tio videt hõ libẽter rẽ nouã ⁊ rarã. Uñ vul-
go d̃r q̃ oĩa noua placẽt. et q̃ sunt pulcritu-
dine decorata. vt in. §. in scd̃o. in ꝓemio. ff.
Perrexerũt ḡ pastores ad videndũ oĩm no
uissimoꝝ nouissimũ.s. deũ hũanatũ. O pa-
stores currite: currite ⁊ videbit̃ admirandã
nouitatẽ/videre eũ q̃ ad dexterã pr̃is sedet ĩ
feno reclinatũ:⁊ illũ cui celũ sedes est ꝑsepis
angustia detineri. et q̃ vniuersum mõm no-
uo vestit ornatu: pãnis vilibꝫ iuolui. ⁊ q̃ dñs
est angeloꝝ collocari ĩ medio iumentoꝝ. ⁊ q̃
toti mõo dñat̃ in alieno nasci. et cui oĩs crea
tura fuit tenet̃/obstetricũ ĩ sua natĩtate ca
rere famulatu. hñtẽ diuersoriũ p palatio: ꝑ-
sepe p solio: pãnos paupcl'os p purpureo et
regali idumẽto: ac bruta aĩalia p regia fami
lia. videre puulũ infinitũ. Et iõ d̃r. Uidẽtes
coĝuerũt d̃ ṽbo.s. incarnato. q̃d dictũ erat ill̃
de puero h̃.s. puulo nato. Cogitate igit̃ o de
uoti christiani q̃le fuit gaudiũ istoꝝ pastoꝝ
q̃ñ domũ illã plenã multitudine angeloꝝ et
celesti claritate irradiatã ingressi/saluatorẽ
mõi natũ iuenerũt: oculis ꝓprijs ꝯspexerũt:
et forte (vt piũ est credere) manibꝫ ꝯtrectaue
rũt ⁊ dulcit̃ osculati fuerũt. Possumꝰ ãt de-
uote ꝯtẽplari q̃ statim q̃ pastores domũcu
lã illã intrauerũt: videntes puerulũ ip̃m tã
pulcrũ ac formosũ: a cuiꝰ facie radij clarissi-
mi exibãt. ⁊ quẽ agcli adorabãt ⁊ laudabãt:
ꝓni in terrã maxĩa hũilitate ⁊ reuerẽtia ado
rauerũt eũ. Deinde btĩssimã ṽginẽ ceperunt
magnificare: hãc deuotissimã laudez dulcit̃
decãtãtes. Laudata sit sp virgo delicata mr̃
grandis messie: A deo et̃no ꝯsecrata gaude
gaude Maria: qr hodie ridet curia celestis
⁊ oẽs iubilãt. Glĩa ĩ excels̃ eos cãtãdo audi
uimꝰ custodiẽdo pecora nostra. Et ideo ad te
venimꝰ videre hec noua: tu q̃s nos facias be
nedicere a tuo puerulo: ⁊ nob tuum dulcissi
mũ natũ brachijs nr̃is ꝯstringere p̃sta. Ui-
dens aũt beata virgo sanctos illos pastores
desiderãtes osculari bñdictum filiũ suum:
vultu iocũdo intuebat̃ ip̃m: scire affectans
vtrũ esset cõtentus. Pius aũt puer facie pla
cida ⁊ alacri inspiciebat illos btõs pastores
atqꝫ signis q̃bꝫ poterat manuũ ⁊ vultus de-
monstrabat se esse cõtentissimũ: imo eos in-
uitare ad se osculandũ ⁊ amplexandũ vide-
bat̃. Quapropt̃ btĩssima ṽgo filij sui volũta
tẽ cognoscẽs: eis filiũ suũ osculãdũ ⁊ ample
xandũ porrexit. q̃ reuerẽdissime ac deuotissi
me amplexato: atqꝫ ab eo bñdictiõe recepta
pleni ineffabili ꝯsolatiõe recesserũt. Letẽtur
itaqꝫ paupes: qr ditissimꝰ oĩm paup factus

oīpotens de⁹ pmo se paupib⁹ manifestauit Recenter q̄ȝ paruulꝰ.q: altissim⁹ ꝛ cūctoꝝ maximus se īfimū ac minimū fecit. Un̄ h̄ festū ē maxie fratꝝ minoꝝ. Et ad h̄ īsinuādū voluit ipe paruul⁹ Jesus locū natiuitatꝭ sue eē sub cura fratꝝ ipoꝝ. Tūc aūt de⁹ fact⁹ ē hō qn̄ hoīes volebāt dij extimari. Tūcq̄ fact⁹ ē puer paruul⁹:qn̄ hoīes ōsiderabāt magni reputari. Nō tn̄ p susceptionē hui⁹ puitatis tpal' ꝛ hūanal' ē in aliq̄ ibonorata vl' dimiuta magnitudo diuinitatis etnal'. Sicut ei dī Tho.i.iij.pte sū.q.ij.diuitas suscepit hūanitatē q̄si p modū insertiōis.put ei est ram⁹ in arbore:sic q̄dāmō hō ī v̄bo. Itē q̄si p modū ibabitatōis. Un̄ sicut ibabitatio dom⁹ non mutat ibabitātē:sic nec hūanitas diuitatē. Per modū q̄ȝ induitiōis:iux̄ illō Phil'.ij. Habitu iuent⁹ vt hō. Sicut ḡ vestis nō mutat eā ponentē:ita nec humana paruitas diuinā celsitudinē. Mod⁹ tn̄ isti⁹ vnīōis ē ineffabil'. vn̄ Joā.bap.dicebat Jo.i. Cui⁹ n̄ sū dign⁹ corrigiā calciamēti soluere. Per corrigia nāq̄ q̄ adaptat calceū:itelligit ei⁹ diuinitas:q̄ glificauit ꝛ sibi ōiūxit hūanitatē.ac si diceret btūs Joānes. Ego nescirē nec audere exponere hāc inexplicabilē vnionē. Et idō q̄dā p̄dicator dicebat s̄m sctm̄ Bona. Quāto magis declarare intēdo:tāto pl⁹ nodus cordis stringit̄. De hac tn̄ admirabili vniōe habemus causam maxime exultationis ꝛ leticie. Gaudeant ḡ omnes fideles cū ipis pastorib⁹ in tanta hui⁹ diei festiuitate.qō fieri debere vt ostenderet sancta mr̄ ecclesia:ordinauit q̄ q̄libet nō habēs votū abstinēdi a carnibus in sexta feria possit eas comedere in signū leticie si natiuitas domini venerit ī dicta feria.c.fi.de obser.ieiu. Et idē dicē dū ē de sabbato.c.q: dies.de ōse.dis.v.ꝛ ibi doc. Ad hāc aūt leticiā nos hortat̄ Aug.i q̄dā s̄mōe de natiuitate dn̄i di. Exultate v̄gines chr̄i ōsors vr̄a ē mr̄ chr̄i. Exultate vidue chr̄i:q: ipe fecundā v̄ginitatē cui vouistis ōtinētie castitatē. Exultate ōiugate fidelit viuētes:ꝛ oēs chr̄iani diuina p̄cepta obseruātes quia estis mr̄es eius si facitis voluntatē patris ei⁹. Ipe em̄ dixit.s.Mat.xij. Qui fecerit volūtatē patris mei qui ī celis est hic meus frater ꝛ soror ꝛ mater est. Ego aūt dico: Exultate ꝛ vos peccatores:q: liberator vester nat⁹ est:de cui⁹ ortu in figuraȝ Sāson dictū est mr̄i ei⁹ Judicū.xiij.cui angel⁹ ait: Cōcipies ꝛ paries filiū:cui⁹ caput nō tāget nouacula:erit eīn nazare⁹ dei ab ifantia sua ꝛ ex matris vtero.ꝛ ipe incipiet liberare isrl' de manu philistinoꝝ. Iste em̄ fili⁹ v̄gini p angelū annūciat⁹:ab vtero mr̄is nazareus id est sctūs de manu philistinoꝝ.i.demonū cepit pctōres liberare in natiuitate:sed ōsūmauit ī sua passiōe. Figura āt eius aduēt⁹ pōt illa assignari q̄ h̄r.j. Reg.vlti.vbi dicit̄. Porro rex isrl' mutauit habitū suū.ꝛ igressus ē bellū.venit em̄ mutatꝭ vestib⁹.i.assūptis hūane nāe q̄litatib⁹:ne a diabolo agsceret̄.ꝛ vt ōfidētē demonē de sua potētia aggrederet̄.ꝛ manu ad manū atq̄ ictu ad ictū cū eo decertaret. illūq̄ ōsternēs:pctōres de māu ipi⁹ eripet. Jubilēt ḡ hodierna die oēs tā iusti q̄ȝ pctōres.q: ecōtrario ōtristant̄ maledicti demōes. Un̄ legit̄ q̄ cū q̄dā p̄dicator vellet i crastino p̄dicare d̄ natiuitate saluatoris.sathanas voluit eū strāgulare sed non potuit. Et interogat⁹ ab eo q̄re h̄ facere voluisset:rn̄dit.q: nihil p̄t p̄dicari ꝓp̄ qō tātum nos affligamur ꝛ potētia nr̄a diminuat̄ q̄ntū ꝓp̄ filij dei icarnatiōem ꝛ natiuitatē. Exultēt itaq̄ vniuersi fideles:ꝛ dulcia cātica modulent̄.facta est em̄ pfecta ōsonātia int̄ nām acutā ꝛ graue.i.int̄ facturā ꝛ factorē. Et iō inq̄t ps. Psallite dn̄o i cithara ꝛ voce psalmi.i tubis ductilib⁹ ꝛ voce tube cornee. Jubilate in ōspectu regꝭ dn̄i.moueat̄ mare ꝛ plenitudo eius:orbis terraꝝ ꝛ qui habitāt in eo ꝛc̄.

¶Quarta ōsolatio fuit sctōꝝ patꝝ i limbo existētiū. Cōtēplant̄ em̄ q̄daȝ deuoti dicētes q̄ ille angel⁹ q̄ natiuitatē chr̄i pastorib⁹ annūciauit.vl' ali⁹ ad libū descēdit cū claritate mag.ānūciauitq̄ eis messiā ab eis tāto tpe expectatū ex v̄gie natū eē. Quidā aūt dicūt q̄ i illa hora q̄ chr̄s nat⁹ē:nō solū obscuritas noctꝭ i meridianā lucē ōuersa est sup hemisphertiū nr̄m ꝛ toti⁹ orb⁹ supficiē illumiauit: s; etiā vsq̄ ad limbū descēdit.d̄ q̄ maxio splēdore stupefacti scti p̄res desiderabant scire vn̄ tanta claritas p̄cederet. Tūc surrexit rex Dauid in mediū ꝛ dixit. Nōne recordamini p̄res ac fr̄es q̄ hodie s̄t nouē mēses ab illo die q̄ nob̄ āgel⁹ filiū dei icarnatū eē ānūciauit? Gaudere itaq̄:q: ista lux ē illa d̄ q̄ ego p̄dixi ps.cxj. Exortū ē in tenebrꝭ lu.rectꝭ corde:misericors ꝛ mi̅sator ꝛ iust⁹. Tūc surrexit Esaias ꝓpha ꝛ ait. Hec lux ē illa d̄ q̄ ego ꝓpheta ui li.mei c.ix.di. Popul⁹ q̄ sedebat i tenebrꝭ vidit lucē magnā:ambulātib⁹ i regiōe vmbre mortꝭ lux orta ē eis.puul⁹ nat⁹ ē nob̄ ꝛ fili⁹ dat⁹ ē nob̄. Sctā q̄ȝ Hester regia surgēs inq̄t. Hec ē illa lux de q̄ li.mei.viij.c.fuit p̄dictū.s.iudeis Noua lux oriri visa ē.gaudium:honor ꝛ tripudiū apō oēs ꝑplos:vrbes atq̄ puicias. Ipis ḡ sctis p̄rib⁹ i hac festiua collocutiōe existētib⁹ apparuit angel⁹ dn̄i:ꝛ iocūda voce ait. Annūcio vob̄ gaudiū magnū ꝛc̄. Tūc Moses canere cepit di. O vere btā nox q̄ expoliauit egyptios.ditauit hebreos.hec nox ē de q̄ scptū ē. Et nox sicut dies illumiabit̄.ꝛ nox illuminatio mea i delicijs meis.hec nox ē q̄ sola meruit scire tp̄s ꝛ horā q̄

ff

Marginalia: Quō humana nā sit assum pta a v̄bo — Hortat̄ hodie oēs debere gaudere. — 2 Pr̄es in libo gaudebāt.

chr̄s de ꝟgine nasci dignat⁹ est. Tūc oēs san
cti patres ceperunt brām ꝟginē collaudare:
dulcit̄ decātātes ꝛ dicētes
Laudam⁹ oēs messiā incarnatū
Faciam⁹ dulce cāticū puerulo hodie nato
O fili ꝟgis Marie Jesu gratiose
Trahe nos de carcere tenebroso
Et tu virgo benedicta spōsa eťni p̄ris
Fac vt nr̄a offensio ꝯdonet̄ nobis a tuo dul
cissimo nato

M
Quō maria ď natiuitate filij gaudebat.

¶ Quinta ꝯsolatio fuit beatissime ꝟginis
q̄ debuit poni ante p̄cedētes. sed ideo eam in
fine posui. quia ea q̄ in fine dicunt̄ meli⁹ me-
morie imp̄munt̄. vt notat̄ in. l. ꝛ liq̄do. ff. de
ꝯdi. ꝛ demō. Et idē dc̄ Greg. in homel. pēte
costes. Dico igit̄ ꝙ beatissima ꝟgo de partu
ritiōe ꝛ natiuitate filij sui bn̄dicti indicibilē
ꝯsolatōem recepit. q̄ sine vllo dolore: imo cū
maxia iocūditate ꝛ suauitate eū parturiuit:
sicut sup̄ ꝓbatū est i pte p̄cedēti hui⁹ opis. ser.
vij. parte. j. Et habet̄ a theologis in. iij. dist.
iiij. ꝛ ibi b. Bona. ꝛ Alexā. lōbar. ar. j. q. vij.
Vn̄ ip̄a bn̄dicta ꝟgo reuelauit btē Birgitte
ꝙ in parturitōe sui filij tota repleta fuit dul
cedine: nō solū q̄ ad omnia mēbra corpis: sȝ
etiā q̄ ad oēs potētias aīe. Gaudebat etiaȝ
q̄ peperat s̄uata ꝟginitate cū pudoris lilio
Vn̄ legit̄ in chronicis ordinis nostri ꝙ de⁹
semel reuelauit btō Egidio nr̄o. ꝙ p̄tor ibat
ad eū: vt interrogaret q̄liter ꝟgo parturijt.
Cui frat̄ Egidi⁹ prexit obuiam cū baculo ī
manu. Et cum ei appropinquasset: dixit illi
Scio qd q̄ris. Tūc autē leuauit baculū ter
ram ꝑcutiēs ꝛ dicens: virgo ante partū. Et
ecce statim liliū ortum est. Deinde iteꝝ dixit
virgo in partu. Et ecce aliud liliū. Percus-
sit etiā tertio dicēs: virgo post partū. Et sta-
tim aliud lilium exortum est in signū pudi-
aromatica est tāte v̄tutis q̄ vulnerat sanat: s̄pētes fugat:frigidas passiōes curat ⁊ morbū caducū alleuiat: vt dr̄ in li.d̄ p̄p̄rie.herbarū. Et sil'r btā v̄go sanat vulnera peccōꝛ Nā fugat pecc̄m supbie ex ↄsideratōe sue hūilitatis.⁊ pecc̄m luxurie ex ↄsideratōe sue v̄ginitat̄ ac pecc̄m auaricie ex ↄsideratōe sue paupͣtat̄ ⁊ sic de singul'. Et ideo cuilibet peccōri ad eā recurrenti pōt dicere ip̄a v̄go pyssima illud

Hier. xxx. A vulneribus tuis saluabo te Scdo fugat temptatiões demonū. vñ Judith. vj. dr in figurā. Tradidit eū dñs i manu feie ꝛ cō fudit eū. Ipa eñ hz demonē i sua ptāte ꝛ eū qñ vult põt expellere ꝛ fugare. Tertio inflā mat frigidos ad amorē celestiū. vñ dr Pro uer. vl. No timebit domui sue a frigoribꝰ ni uis. oēs eī domestici eiꝰ vestiti sunt duplici bus. Ipa eñ hz duplicia vestimēta. s. vesti mētū deauratū: ꝛ vestimētū varijs coloribꝰ ↄtextū: iux illō ps. xliiij. Astitit regina a de xtris tuis i vestitu deaurato circūdata varie tate. Et ista duplicia vestimēta induit dome sticos. i. deuotos suos: dās eis vestimētū de auratū. i. aureā charitatē: ꝛ diuersis colori bus ↄtextū. i. ↄtutū varietatē. Et iō illi q sic sic induti: nō timēt frigꝰ pctōꝝ: qꝛ sp calescūt p amorē celestiū. Quarto alleuiat i auaris af fectū terrenoꝝ. Auaricia eñ est sic morbꝰ ca ducꝰ. Sic eñ laborātes morbo caduco ca dūt in terrā: sic auari sp adherēt terrenis. Btā autē ꝟgo istū morbū sanat exēplo sue paup tatis. qꝛ oīa terrena despexit. vñ Bern. in q̄dā ser. de illa inqt. Quicq̄d honoꝝ in pplo: q̄cq̄d de paterna domo regꝝ terrenaꝝ hře potuit: oīa arbitrata ē vt stercora: vt xp̄m lucrifaceret. Quilibꝫ ḡ q̄ isto morbo caduco infirmꝰ est: dꝫ rogare ꝟginē gl'iosam dicēs ei illō Ecci. xxiij. Ne sinas me cadere in illa exprobrati one: ꝛ oīne malū desideriū auerte a me.

Q btā ꝟgo dr liliū Assimilatio. xv.

E Licet multis alijs arboribꝰ ꝛ plantis atq; herbis odoriferis ꝛ rebꝰ aroma ticis assil'et ꝟgo btīssima: tñ breuita tis cā pnūc solū pticularit declara bo in h̄ sermōe quō ipa dr liliū Dimittā ḡ ad plenū declarare q̄re ipsa appellet storax: vn gula ꝛ gutta Ecci. xxiiij. Itē q̄re ipa dicat in eo. c. Ego q̄si terebinthꝰ extēdi ramos meos ꝛ rami mei honoris ꝛ grē. ¶ Sufficit aūt cō pēdiose dicere de pdictis assil'atōibꝰ ꝙ storax (Maria storax) fm Isi. xvij. ethi. est arbor arabic: cuiꝰ fumꝰ purgat aerē corruptū: ꝛ fugat oēm vaporē ꝛ fumū pestilentē. Et sil'r b. ꝟgo q̄ est sic vir gula fumi ex aramatibꝰ. Cañ. iij. purgat ae rē corruptū. i. aīam nr̄am siue spm̄ hn̄tē cor ruptionē pctōꝝ. Vñ de illa dicere possumꝰ illō Tob. xij. Ipa est q̄ purgat pctā. Fugat etiā oēm vaporē ꝛ fumū pestilentē malaruꝫ suggestionū diaboli. vñ de h̄ fumo ꝟginali dicere possumꝰ illō Tob. vj. Fumꝰ eiꝰ effu gat oē genꝰ demonioꝝ. ꝛ de malo vapore pcti ab eo fugato dici põt illō Sap. ij. Nebula dissoluet q̄ fugata est a radijs sol'. ¶ Vngu (Maria vngula) la q̄ est spēs aromatica sic dicta fm Isi. i li. xvij. ethi. ꝛ Nico. de Ly. sup. xxiiij. c. Ecci. qꝛ est vngui sil'is. Et alio noīe dicit onycha. Et hec spēs ponit in ↄfectione tymiamatis vt hꝫ Exo. xx. Et figurat btam ꝟginē: de q̄ ↄfectū est odoriferꝫ tymiama. s. dñs nr̄ Jesus chrs q̄ suo pr̄i oblatꝰ est sic sacrificiū gratissimū su per oīa alia. vñ ipe inqt de intentiōe manuuꝫ suaꝝ i cruce. ps. cxl. Eleuatio manuuꝫ meaꝝ sacrificiū vespertinū. Ipe etem̄ solꝰ pfecte iple uit mādatū qd hꝫ Exo. xx vbi dr Ad vespꝫ vret tymiama sempiternū. Dicit āt fm Isi. li. xiiij. ethym. tymiama a tymo flore odorifero. qꝛ hec ↄfectio pciosissima q̄ appellat tymia ma redolet suauit sicut tymus Sola igitur btā ꝟgo q̄ cōposuit hoc pciosuꝫ tymiama ex purissimis sanguibꝰ suis tanq; ex spēbꝰ aro maticis sicut bona vnguētaria: ꝛ illō obtulit deo in pn̄tatione in tēplo: suauit pceptū dei qd hꝫ Exo. xx. vbi dr. Facies tymiama cōpo situꝫ ope vnguētarij mixtū diligēter ꝛ purū ac scificatōe dignissimū: ꝛ pones ex eo corā testimonij tabnaculo: sanctū scōꝝ erit vob tymiama. ꝛ talē cōpositionē nō facietis i vsus vestros: qꝛ dño scm̄ est. ¶ De gutta etiam (Maria gutta) q̄ est spēs aromatica: ꝛ est lachryma cuiusdā arboris: ꝛ a medicis appellat aromaticū: vt ait Isid. xvij. ethi. solū h̄ dico ꝙ hꝫ ↄtutē dissol uendi ꝛ relaxandi. Vñ vt ait glo. sup illō ps xliiij. Myrrha ꝛ gutta ꝛ casia ꝛc. oēs tumo res ꝛ iflatōes sedat. Et sil'r ꝟgo bn̄dicta sua intercessione dissoluit tumores pctōꝝ nrōꝝ vñ cuilibet ad eiꝰ patrociniū recurrēti dici põt illō Ecci. iij. Sic i sereno glacies soluet pctā (Maria terebinthꝰ) tua. ¶ De therebintho q̄ꝫ arbore mag q̄ in syria nascit fm Pliniū li. xij. natural' histo. cuiꝰ folia sunt densa. nihil aliud dicā nisi ꝙ fm Isido. xvij. ethi. ꝛ Diasco. ꝛ auctorē li. de pprie. re. eiꝰ folia: fructꝰ: cortices ꝛ semia sūt medicinalia. Et sil'r b. ꝟgo fuit tota die me dicinalis: imo ex ea gn̄ata est medicina oīm ifirmitatū. s. filiꝰ dei. Ad q̄d applicari põt il lud Ecci. xxxviij. Altissimꝰ creauit de terra. i. de ꝟgīe Maria medicinā. Radix etiā terebin thi in vino decocta stomachū ↄfortat: ꝛ h̄ do lorē capitis iuuat: vt ait pliniꝰ in. xxiiij. li. pdi cti opis. c. vj. Et sil'r b. ꝟgo q̄ dr radix Esa. xj ꝛ bn̄ nā mr̄ est radix filij sui. xxiiij. q. iij. c. tūc saluabit. i fi. ꝛ ibi no. decocta i vino spūssctī stomachū nr̄ꝫ. i. aīm ↄfortat: ꝛ dolorē capitis. i. mētis nr̄e. q̄ dicit caput: vt in. c. vnico. §. h̄ vnguēto. de sacra vnct. aufert ꝛ sedat. ꝛ iō ipa cuilibet deuoto suo inqt illud Cañ. viij. (F Maria lilium) Dabo tibi poculū ex vino ↄditū. ¶ Liliū āt dici põt ppter multas causas. Prima est: qꝛ liliuꝫ ab extra est candidum: intus aureū in tusq; ꝛ extra odoriferū: vt inquit Isido. xvij ethi. Licet eñ iueniant lilia alteriꝰ coloris: vt crocei ꝛ purpurei: tñ liliū albū est meliꝰ ꝛ efficatiꝰ: vt ait Diascorꝰ ꝛ Platearī: vt etiā dr in li. de pprie. re. de quo lilio nūc loqns di

co ꝙ sil'r btā ꝟgo fuit extra in carne cādida p ꝟginitatē: iuxͣ illō Sap. vij. Cādor est lucis eterne ꝛc. Scōo intus in mente fuit aurea p charitatē Sicut em̄ aurꝫ nūq̄ pōt corrūpi: sic nec eiꝰ charitas vnq̄ potuit extingui iuxͣ illō Cañ. viij. Aque mlte nō potuerunt extinguere charitatē. Tertio intꝰ ꝛ extra fuit odorifera p hūilitatē. Habuit em̄ hūilitatē intꝰ in corde: ꝛ exteriꝰ in ꝯuersatione Et ista hūilitas deo tātū odorifera fuit ꝙ ipm ad se traxit. Vñ illi dicere potuit eiꝰ sponsus celestis illō Cañ. j. Trahe me post te ꝛc. ꝛ nō tm̄ deū ad sui amorē traxit: ſʒ etiā oēs hoīes ad se trahit. Et iōo de illa dici pōt illō Job. xxj. Oēm hoīem ad se trahit. Et ipa dicere pōt illud Joā. xij. Oīa trahā ad me. s. nō solū deū ꝛ hoīes: sed etiam angelos ꝛ alias creaturas Ista aūt sunt tria lilia q̄ btām ꝟginē marie circūdederunt. s. hūilitas: ꝟginitas ꝛ charitas. De qb̄ dīt Berñ. in ſmone ō natiuitate eiusdē. Chr̄s q̄ nūc īter lilia pascit̄ vtiq̄ copiosiꝰ apō Mariā p liliorꝫ mltitudine pascebat̄. An nō lilia sūt decus ꝟginitatꝭ i signo

G hūilitatis cū supeminētia charitatꝭ. ¶ Secunda causa q̄re ꝟgo bñdicta dr̄ liliū est: q̄a liliū habet rectū hastile sursuꝫ: ſʒ tm̄ folia eiꝰ sunt pendētia deorsuꝫ. ꝛ q̄tū flos eiꝰ altiꝰ in hastili erigit̄: tāto caput submissiꝰ inclinat̄. Et sil'r animꝰ btē ꝟginis tāq̄ hastile fuit sp rectꝰ ad deū: sibi de bñficijs ab eo recepꝭ regratiādo: ꝛ in ipm spūal'r exultādo Sic em̄ liliū q̄cq̄d hꝫ odoris ꝛ candoris totū mittit ad sūmū. sic ipa q̄cq̄d habuit sctitatis ꝛ grē totū sp remisit ad deū. Folia autē. i. ꝟba habuit inclinata deorsum: de se hūiliā pferēdo vñ inq̄t Luc. j. Magnificat aīa mea dñm ꝛc. Ecce hastile rectū. Sed audi folia deorsum pendētia. Quia respexit humilitatē ancille sue. Quāto em̄ est magis exaltata: tanto est ad maiorē humilitatē inclinata. In hꝰ aūt figurā dr̄ Exo. xxv. Facies cādelabꝝ ductile de auro mūdissimo: hastile eiꝰ ꝛ lilia ex ipo pcendentia. Candelabꝝ em̄ dei facta est Maria. q̄ fuit ductilis p obediētiā: ꝛ de auro purissimo p charitatē pfectā. Cuiꝰ hastile fuit eiꝰ intētio recta: ꝛ lilia fuerūt eiꝰ ꝟba humilia: q̄ oīa pcedebāt ex ipa. Mundani aūt hoīes ecōtrario hñt hastile reflexū deorsum p obliquā intētionē: iuxͣ illō Mat. xxj. Oīa opa sua faciūt vt videant̄ ab hoīb;. Folia āt .i. ꝟba hñt elata sursuꝫ p iactantiā: supbiā et elationē iuxͣ illō ps̄. Iniq̄tatē in excelso locuti sunt. ꝛ iterꝫ. Posuerūt in celum os suū scꝫ viris sctis ꝛ celestib; detrahēdo: ꝛ se vsq̄ ad celū magnificādo. sed tm̄ vt subinfert ideꝫ p

H pheta. lingua eoꝝ trāsiuit in terra. i. ō t'renis loq̄ndo ꝛ ea diligēdo. ¶ Tertia cā q̄re b. ꝟgo dr̄ liliū est. q̄ liliū integꝝ redolet: ſʒ ꝯfricatū postea fetet. Corpꝰ aūt btissime ꝟginis fuit tāq̄ liliū integrū: q̄ sp pmāsit illibatuꝫ ꝛ ideo sp fuit odoriferū. Fuit em̄ vnctū vnguēto odorifero. qō q̄dē vnguētum fuit ꝯfectū de trib; speciebꝫ aromaticꝭ. de qb; Eccl. xxiiij. dr̄. Sicut cinnamomū ꝛ balsamū aromatizās ꝛc. Fuit em̄ ꝯfectū de cinnamomo hūilitatꝭ. Cinamomū eī hꝫ colorē cinereū. et ꝓpt̄ h̄ dr̄ cinnamomū: ſm glo. sup Ecclasticū. ꝛ iō eiꝰ hūilitatē repñtat Fuit etiā ꝯfectū ō balsamo diuitatꝭ. Tūc eī deꝰ eiꝰ vterꝫ ibalsamauit qñ diuitatē suā ibi posuit. Fuit q̄ꝫ ꝯfectū de myrrha castitatꝭ. Myrrha em̄ cōſuat corpꝰ a putredie: ꝛ significat castitatē: q̄ pſuat corpꝰ a corruptōe Isto igit̄ pciosissimo vnguēto eiꝰ corpꝰ inunctū sp remāsit integrū atq̄ odorifeꝝ. De qb; vnguētis dicit̄ ei Cañ. iij. Odor vnguētoꝝ tuoꝝ sup oīa aromata. Nr̄a aūt corpa cū sint corrupta s' fetida: iuxͣ illō Esa. xxxiiij. De cadauerib; ascendet fetor ¶ Quarta cā q̄re ꝟgo imacl'ata dr̄ liliū est. q̄ liliū orit̄ de spinis. ꝛ tm̄ spinā non hꝫ. ꝛ sil'r ꝟgo btā nata est ꝛ ꝯcepta de parētib; p pctm̄ originale spinosis: ꝛ tm̄ ipa vllaꝫ spinam nūq̄ habuit. Et iō de illa inq̄t eiꝰ sponsus celestꝭ Cañ. ij. Sicut liliū inter spinas: sic amica mea īter filias. Item sic liliū inter spinas natū ꝓpt̄ h̄ nō amittit suū colorē nec odorē. imo q̄to plus a spinis pungit̄ tanto magꝭ eius odor sentit̄. sic btā ꝟgo licꝫ inter spinas. i. iudeos spinosos ꝛ malos ꝯuersata sit: ꝛ ab eis sepius p tribulatiōes puncta sit: tm̄ nunq̄ amisit candorem sue innocētie nec odorē sue fame: imo q̄to magꝭ pungebat̄ afflictionis tāto maiorē spirabat odorē patientie ꝛ sctitatꝭ. ꝛ iō ipa fuit q̄si liliū in transitu aq̄ Eccl. l. Quia q̄to aq̄ tribulatōis p ipam transijt tāto magꝭ illā redolere fec. ¶ Sed

hic est ꝯsiderandū ꝙ qñ lilia ponūt̄ cū lilijs maiorē reddunt odorē. qñ ꝟo sunt cū spinis nihilominꝰ seruāt suum odorē. qñ aūt spine ponūt̄ cuꝫ spinis tunc dāt sibi mutuas punctiones: Quādo em̄ boni sunt insil': tūc sunt lilia cuꝫ lilijs: ꝛ tot dant odores quot hñt ꝟtutes. vñ Matth. xviij. dicit dñs. Ubicūq̄ fuerint duo vel tres ꝯgregati in nomie meo ibi ero in medio eoꝝ. Ipse em̄ est liliuꝫ: q̄ ait Cañ. ij. Ego flos campi ꝛ liliū ꝯualliū. Scti autē viri sunt hortꝰ dei in q̄ crescūt lilia ꝟtutum. Et ideo Cañ. vj. inq̄t btā ꝟgo. Descendit dilectus meꝰ in hortū suum ad areolam aromatꝭ: vt pascat̄ in hortis ꝛ lilia colligat. Quādo igit̄ serui dei sunt insil' ꝯgregati tūc sunt sic lilia cuꝫ lilijs posita in horto diuino ꝛ ipe chr̄s q̄ est amator lilioꝝ est i medio eorum: ꝛ colligit lilia ꝟtutū. Quādo aūt boni s' cuꝫ mal': tunc lilia sunt cuꝫ spinis: ꝛ tunc boni dñt ſuare cādorē sue innocētie: ꝛ odoꝝ

rē sue fame. Et tale liliū cū spinis erat Ps. q
dicebat Cū his q oderūt pacē erā pacificus.
Uñ ꝟo mali sunt cum mal': vt supbi cū sup
bis ⁊c. tunc spine sunt cuꝫ spinis ⁊ se mutuo
pungūt iux̄ illō Prouer. xiij. Inter supbos
sꝑ iurgia sunt. ⁊ Naū. j. Sicē spine se inuiceꝫ
K rodūt. ¶ Quinta cā q̄re ꝟgo glīosa dr liliū
est: qꝛ liliuꝫ habet sex folia: ⁊ hꝫ sex angulos
in radice iuxta numeꝝ sex folioꝝ. Sex autē
folia fuerūt sex ꝟba q̄ dixit btā ꝟgo. duo an-
gelo. s. Quō fiet istud. ⁊ Ecce āncilla dñi: Lu.
j. Unū Elizabeth qñ eā salutauit: ⁊ deū bñ-
dixit: ibidē. Duo filio. s. Fili qd fecisti nobis
sic: Lu. ij. ⁊ qñ dixit. Uinū nō habēt: Joā. ij.
Unū etiā cum ministris nuptiaꝝ: cum ait.
Quōcūqꝫ dixerit vobis facite: ibidē. Ista ꝟo
sex folia siue ꝟba ꝓcesserunt ex radice chari-
tatis. qꝛ oīa fuerūt charitate ⁊ pietate plena
Et quāuis sit vna radix charitat̄ tñ hꝫ sex di-
lectōnis modos. sicē radix liliȷ̄ quāuis sit vna
tñ habet sex angulos. Prim⁹ modus fuit q̄
ipā dilexit deū: illū sup oīa reuerēdo. Scōs
q̄ dilexit aīam suā: ipāꝫ in omī sctitate custo
diendo. Tertius q̄ dilexit corp⁹ suuꝫ: ipm in
ꝟginitate ꝯsuando. Quart⁹ q̄ dilexit dome
sticos ⁊ ꝓpinquos: ipos bonis moribꝫ infor-
mando. Quint⁹ q̄ dilexit amicos in deum.
Sextus q̄ dilexit inimicos ꝓpter deū. Dicit
em̄ Greg. in q̄dā omel'. Ille veracit̄ charita
tē habet q ⁊ amicū diligit in deū ⁊ inimicuꝫ
diligit ꝓpter deū. ¶ Sexta cā q̄re dr lilium
est. qꝛ thalami ⁊ cenacula regū liliȷ̄s adornā
tur vt iocundi⁹ qēscāt ⁊ vescant̄. Et qꝛ vter⁹
btē ꝟginis fuit thalam⁹ ⁊ cenaculū chr̄i: idō
totus fuit liliȷ̄s adornat⁹ ⁊ circūdatus: iux̄
illud Can̄. vij. Uenter tuus sicut aceru⁹ tri-
tici vallat⁹ liliȷ̄s. Tota em̄ fuit liliȷ̄s vallata
nā a supiori fuit vallata lilio eminētis cha-
ritatis. ab inferiori lilio ꝓfunde humilitat̄.
ab interiori lilio ꝑpetue puritat̄ a dextris li
lio tēperantie in ꝓspis. a sinistr̄ lilio patien
tie in aduersis. ab anteriori lilio ꝓuidētie in
futur̄. a posteriori lilio iusticie in p̄terit̄. qꝛ
ꝓ p̄teritis bñficiȷ̄s deo sꝑ grās referebat. ⁊ h̄
debitū iusticie reqrebat. Et qꝛ fuit liliȷ̄s val
lata ⁊ circundata: iō de ipā canit eccl'ia. Sicē
dies verni circūdabāt eā flores rosaꝝ ⁊ lilia
ꝯuallium. Inter ista autē lilia chr̄s pasceba
tur. vñ ipā inqt Can̄. ij. Dilectus me⁹ mihi ⁊
ego illi q pascit̄ inter lilia. Nam mō pasceba
tur lilio supiori: qꝛ delectabat̄ ī ei⁹ charitate
Modo pascebat̄ lilio īferiori: qꝛ delectabat̄
in ei⁹ hūilitate. Modo lilio īteriori: qꝛ dele-
ctabat̄ in ei⁹ puritate. Mō lilio exteriori. qꝛ
delectabat̄ in ei⁹ ꝟginitate. Mō lilio a dex-
tris: qꝛ delectabat̄ in ei⁹ tēperātia. Mō lilio
a sinistris: qꝛ delectabat̄ in ei⁹ patiētia. ⁊ sic
de reliqs. Et qm̄ sic tota fuit florida: iō oīa q̄
ꝑ ipām deo offerim⁹ sūt ei accepta. vñ Ber.
in ser. d natiuitate ipius ꝟginis inqt. Quic-
qd illō est qđ deo paras offerre gratissimis
manibꝫ Marie trade. Nimirꝝ cādidissima
quedā lilia sūt. nec causabit̄ ille lilioꝝ ama-
tor inter lilia nō inuentū q̄cqd illō sit qđ īter
man⁹ Marie inuenerit. Hec ille. ¶ Septi
ma causa q̄re dr liliuꝫ est: qꝛ liliū mltiplices
hꝫ ꝟtutes. de q̄bꝫ tractat Plini⁹ in. xx. li. na
tural' histo. ꝓut etiaꝫ ponit̄ in li. de ꝓprie. re.
Inter alias autē ꝟtutes est ꝙ tumorē sedat:
saniē purgat ⁊ morsuꝫ serpent̄ curat. Et silr
btā ꝟgo sanat tumorē supbie exēplo sue hu
militatis: purgat qꝫ saniē luxurie exēplo sue
ꝟginitatis: ⁊ curat morsum serpētis auari-
tie exēplo sue paupꝑtat̄. Auar⁹ em̄ est cibꝫ ser
pentis. qꝛ diligēdo terrena efficit̄ terra. q est
cibꝫ serpent̄. cui inqt de⁹ Gen̄. iij. Terrā co-
medes cunct̄ diebꝫ vite tue. ⁊ ideo auar⁹ est
dat⁹ serpenti infernali in cibuꝫ iux̄ illō Esa.
lxv. Serpenti panis puluis ei⁹. Rogemus
ḡ dñm nr̄m Jesum christū vt ꝟtute hui⁹ p-
ciosissimi liliȷ̄ ꝟginalis nō ꝑmittat nos a ser
pente maligno deuorari. dicentes cum ꝓpha
ps. lxxiij. Ne tradas bestias aīas ꝯfitentes
tibi. sed itroducat in ꝑadisum suaꝝ deliciaꝝ
vt in eo pascamur ⁊ delectemur int̄ lilia fra
grantia ꝟtutum genitric̄ sue bñdicte ꝑ infi-
nita secula secl'oꝝ. Amen.

Uirtus liliorum

¶ De aliȷ̄s qndecim assilatiōibꝫ b. ꝟginis.
Sermo. ij.

Eus ostēdet

Z

D splendorē suū in te q sub celo
est Baruch. v. c. In creatione
btissime ꝟginis deus demon
strauit suā potentiā infinitā. Tāto em̄ prin-
ceps eccl'iasticus vl' secl'aris maiorē poten-
tiā se hrē ostendit: q̄nto maiora facta ꝑagit.
Et iō rhomani in h̄ se hrē magnā potētiā oñ
derunt ꝙ vniuersum orbē suo imperio sub-
iugarūt. Unō regnū eoꝝ ferreū describitur
Dañ. ij. ad innuendū ꝙ sicut ferrū domat re-
liqua metalla: sic ipi sibi subdiderūt omnia
mundi regna. Potentia ḡ dei infinita in h̄
oñdit̄ ꝙ ipm regnū rhomanoꝝ cum toto or
be nō vi armoꝝ: sed ꝑ simpliciū ⁊ illitterato
rum aploꝝ p̄dicationē ritui ⁊ fidei chr̄iane
subegit. Magis tñ ei⁹ potentia in mūdi crea
tione relucet. Omēs em̄ mundi p̄ncipes cū
omī sua potentia non possent vel vnā puu-
lam formicā aut vermiculum vnum creare.
Unde ꝯcludit beatus Tho. j. parte summe
q. xl. arti. v. ꝙ creare non pōt esse ꝓpria actio
nisi solius dei. Et Aug. in. iij. de trinita. inqt
ꝙ nec boni nec mali angeli possunt esse crea
tores alicuius rei. Et ratio est ista. Quia vl

Potētia dei oñdit in ꝯuersione rhomanoꝝ

dicit Magr in. ij. dist. j. Creare est de nihilo aliqd facere. sed cũ inter nihil ⁊ aliqd sit infinita distãtia (vt ait sanct⁹ Bonauen. in. iij. dist. x. ⁊ Fran. de May. in q̃dam sermõe de corpe chri) Ad hoc vt qs de nihilo possit aliqd agere: necesse est vt habeat infinitã potẽtiã: quã non habent oẽs simul creature. Et iõ solus de⁹ potuit omĩa de nihilo creare. Qui dixit ⁊ facta sunt: mãdauit ⁊ creata sunt. ps. antepenul. et c. reuera. de conse. dist. ij. et c. fraternitatĩ. xxv. q. x. Ex quo patuit eius infinita potentia. Sed si magnã ostendit potentiam in creando celum ⁊ terrã angelosq̧ cũ alijs creaturĩ: mlto maiorẽ ostendit in creatione gloriose ṽginis Marie. qa ipsa est nobilior ⁊ excellẽtior oĩb⁹ creaturĩ simul: cũ ad nobiliorẽ ⁊ excellentiorẽ finem ⁊ effectũ sit a deo electa ⁊ creata. Et ideo vt inq̃t sctũs Bonauen. in. j. dist. xliiij. ⁊ btũs Tho. in. iij. pte summe. q. xxv. ar. vl. Si oẽs creature q̃ntũcunq̧ ascẽderẽt in gradib⁹ nobilitatis essent psentes: oẽs deberent reuerentiã matri dei. Ex hoc itaq̧ q̃ deus eã elegit ⁊ creauit: atq̧ tãaltam ⁊ magnã ↄstituit / sũmã ⁊ infinitaz potentiã suam demõstrauit. ¶ Scdo ostendit summã sapientiã suã in eodẽ ope. Magnã etẽm sapientia in bellatore esse dinoscit̃: q̃ndo armis aduersarij sui eum vincit. Sicut ille disputator q̃ aduersariũ suum sup easdẽ rationes ⁊ auctoritates quas ille ad defensionem suam adduxerat / conuincit: magnaz sapiam se habere ostendit. Et idem est dicẽdũ de pugnante in bello militari: q̃ hostẽ suum ꝓpꝛijs armis ipsi⁹ ꝓsternit. Et ideo in h̃ ostendit deus sapientiã suam q̃ diabolũ hostem suũ (qui mediante femina gen⁹ humanũ sibi subiecerat) etiam p feminã voluit debellare: q̃ fuit ei⁹ bñdicta mater q̃ caput ipi⁹ diaboli cõtriuit: vt pdictum fuerat Geñ. iij. ¶ Tertio ostendit suam benignitatẽ: clemẽtiam ⁊ ↄdescensionẽ. Magna etẽm benignitas est inclyti pncipis: quando se oñdit affabilẽ: benignũ ⁊ domesticũ suis inferiorib⁹ ⁊ subditĩ. et q̃nto humiliores ⁊ viliores sunt illi quib⁹ ostẽdit familiaritatẽ ⁊ affabilitatez: tanto benignior iudicat̃. Et ꝓpter hoc laudatur chr̃s de benignitate. q: etiã cum publicanis ⁊ peccatorib⁹ mãducabat: vt h̃ Mat. ix Item qa tãhumaniter cũ mliere samaritana loquebat̃: vt dicit̃ Joan. iiij. de q̃ discipuli eius mirabant̃ (vt ibidem dr) q̃ pcedebãt fm Aug. ⁊ Chꝛ̃. non ꝓpter mali suspiciõez aliquã. sed stupebant q̃ tã sapiens ⁊ pspicui ingenij mulierẽ inopem ⁊ samaritanã alloqret̃. Sed sup omnẽ benignitatis sue demonstrationẽ hec fuit stupenda ⁊ admirabil' clementie ⁊ humilitatis ostensio: q̃ non solum homini voluit domestic⁹ fieri: sed etiã illorũ obedientie submitti: eligens hanc imaculatã virginẽ: cui vsq̧ ad mortem obediret. ⁊ nõ solum ipsi: sed etiã sponso eius ꝓpter ipsam: vt habet̃ Lu. ij. ¶ Quarto ostẽdit p hãc electionẽ ipsi⁹ bñdicte ṽginis singlarẽ excellẽtiam ⁊ vnicã prerogatiuã. Sibi eñ soli concessit maximũ ꝓuilegiũ oĩb⁹ ꝓuilegijs excellentius que vnq̃ ipe de⁹ cõcessit vel cõcedet tam angelis q̃ etiã q̃buscũq̧ puris homib⁹ scz vt eẽt mater dei. Ex quo apparet ipsius dñe nostre sublimitas ⁊ celsitudo ineffabil' ⁊ incõpꝛehẽsibilis. Cum eñ fm logicos tria sint genera correlatiuoꝝ. s. equiparatiõis: vt amicus: similis ⁊ vicinus. suppositionis: vt filius: seruus: ⁊ discipulus. ⁊ suppositionis: vt pater: mater: dñs ⁊ magr. Cũ btã ṽgo sit mater dei: ⁊ deus fili⁹ eius: ⁊ oĩs fili⁹ sit naturalr' inferior matrẽ ⁊ subdit⁹ eius: ⁊ mater plata ⁊ supior filio. sequit̃ q̃ ipa bñdicta virgo sit supior deo: et ipe de⁹ sit subdit⁹ ei⁹ ratiõne humanitatĩ ab ea assumpte. Et ideo d̃ hoc loq̃ns Berñ. in q̃dam sermõe inq̃t. Ista est beate ṽginis gl'ia ⁊ excellẽs ꝓrogatiua q̃ vnum eundẽq̧ filiũ cum deo patre meruit habere cõmunẽ. Et Amb. sup Lu. ait. Bene gratia plena dr: quia grãm quam nulla alia habuit a deo consecuta est: quia mater dei ẽ effecta. Quare aũt ad tantã sublimitatez sit eleuata: ostendit Ansel. di. Maria ꝓpt̃ peccatores facta est mater dñi: quia sanctior castior ⁊ humilior in genere humano nulla potuit inueniri. Et Berñ. in q̃dam ser. inq̃t: Non decebat deum alia mater q̃ virgo: nec virginẽ alius filius q̃ de⁹. qa nec maior inter matres: nec maior inter filios nasci potuit. ¶ Quinto btãm ṽginẽ mũdo edidit de⁹ vt ostẽderet se esse pfectissimũ artificẽ ⁊ magistrũ. Ad hoc eñ vt qs sit pfectus opifex requirit̃ q̃ sciat facere omnia ptinentia ad illã artem. Ut eñ ait phus. vj. eth. ars est habitus quidam cum ratiõe vera faciẽdi ⁊c. Qr igit̃ quattuor modis potest homo pduci. s. sine viro ⁊ femina: vt Adam. vl' sine femina de viro: vt Eua. vel de viro ⁊ femina: vt oẽs homines cõmuniter generant̃. voluit de⁹ fabricare virginem bñdictam vt in ea conciperet̃ eius vnigenitus sine viro. Et sic p istũ q̃rtum modũ generationis se summũ opificez humani generis declararet. ¶ Sexto eã fabricauit vt nostre indigentie subueniret. Qr eñ boni iudicis officiũ est assignare aduocatum orphanis ⁊ miserabilibus personis. l. ne quicq̃. §. aduocatus. ⁊. §. plerũq̧. et. §. obseruare. ff. de offi. pcon. ⁊ le. ⁊. ff. de postu. l. j. §. ait pretor. et. l. puidendum. C. eodẽ titulo. ⁊. ff. et qui. cau. maio. l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. et facit extra de offi. iudi. c. j. vbi glosa Hostieñ. et alij doct. et c. j.

Potẽtia dei oñditur in creatiõe marie.

M Oñdit̃ etiã benignitas di

N Ostẽdit̃ excellẽtia Marie

O Ostẽdit̃ eẽ pfectissim⁹ magister.

P Maria est miserorũ aduocata

vt lite nõ ꝯtesta. Uñ in ꝯstitutiõib⁹ regñ sici-
lie ꝯtinet: ꝙ aduocat⁹ fisci teneat patrocina-
ri ⁊ aduocare ꝑ causis miserabiliũ ꝑsonarũ
Ideo deus oĩpotens videns miserabilitatez
hũani generis: tanq̃z bon⁹ iudex viuoꝝ ⁊ mor
tuoꝝ ꝓuidit nobis de optima aduocata: fa-
bricãdo hanc sapientissimã ꝟginem: vt apd
ipm ꝓ nob ꝯtinue intercederet ⁊ causas no-
Q stras ꝑoraret. ¶ Septimo ipam fabricauit
Maria vt regnũ impij sui exornaret. Ornamentum
est orna- etẽm regni est hre nõ solum regẽ sed etiaz re-
mentum ginã. et impij nõ tm̃ hre impatorẽ: sed etiam
celestis im impatricẽ. Unde videm⁹ ꝙ de⁹ postq̃z creauit
perij. viꝝ/ dixit Geñ. ij. Non est bonũ hoiem eẽ so
lũ: faciam⁹ ei adiutoriũ silẽ sibi. ⁊ tunc crea
uit mlierẽ: quã ei mr̃imonio associauit ⁊ cõ-
stituit eos reges terre. Ad ornamẽtuz igitur
regni terreni est ꝙ habeat regẽ ⁊ reginã. Et ꝓpt
hoc qñ aliqs rex nõ habet vxorẽ: eius subditi
plerũq̃z ei supplicãt vt eã accipiat. Supniq̃z
celoꝝ regnũ volẽs rex terren⁹ ⁊ impator oĩpo
tens decorare: fabricauit hãc btissimã ꝟginẽ
vt illã regni ⁊ impij sui faceret dñaz ⁊ impa
tricẽ: vt verificaret ꝓphetia dauid ps. xliiij. ei
dicen̄. Astitit regina a dextris tuis in vestitu
deaurato circũdata varietate. Astitit em̃ be
ata ꝟgo a dextris dei. q: in potiorib⁹ bonis ei⁹
vltra oẽs sctõs post filiũ exaltata resedit. Et
bñ dr esse ornata vestitu deaurato. q̇a ẽ in ce
lesti patria cum corꝑe glificato. ex cui⁹ splen
dore post filium suũ tota lucescit ciuitas be-
atorum. Circũdata aũt est varietate grãruz.
Tantũ ꝟo differt glia ipsi⁹ btissime ꝟgis a
glia alioꝝ btõꝝ q̃ntũ sol differt a ceteris lu-
minarib⁹ celi. Et q̇dãmõ sic cetera lũinaria
illustrant a sole: sic tota celestis curia a gliosa
ꝟgine letificat ⁊ decorat. Uñ Berñ. in ser. de
assumptiõe eius inq̇t. Gloriosa virgo dum
celos ascendit: etiaz supnoꝝ gaudia ciuium
copiosis augmẽtis cumulauit. Nam si puuli
necdũ nati Joãnis aĩa liq̃facta ẽ vt Maria
locuta est. quenã fuit illa exultatio ciuiũ su-
pnoꝝ: cum ⁊ eius audire vocem ⁊ videre fa
ciem: eiusq̃z btã ꝑfrui pñtia meruerit. Aug.
quoq̃z in sermone d natiuitate ꝟginis illi ait
Ipm celũ quẽ penetrasti o ꝟgo btã: necnon
cuncta q̃ in eo sunt ꝯtenta noua ⁊ ineffabili
glia decorasti: ꝑoremq̃z ei⁹ gliam vltra q̃z di
ci põt tua p̃sentia magnificasti: noua ⁊ p̃cel-
lenti tuaꝝ ꝟtutũ dignitate irradians: imen
saq̃z grãꝝ tuaꝝ luce ꝑlustrãs. Et iteꝝ Ber.
in q̇dam ser. inq̇t. Marie pñtia tot⁹ illustra
tur orbis: adeo vt ipa etiã celestis patria cla-
rius rutilet ꝟginee lãpadis illustrata fulgo-
re. Propter q̃ oĩa ipsi bñdicte ꝟgini optime
ꝯuenire pñt ꝟba thematis nr̃i: in q̇b⁹ ei p̃dixit
ꝓpha di. De⁹ ostendet ⁊c. Sup q̇b⁹ alias q̇n-
decim assimilatões ꝑscrutabimur eidez do-
mine nostre conuenientes.

Q beata virgo per niuem figuratur
Assimilatio p̃ma

SOlent aliq̇ curiose inq̇rere q̃re san- R
cta mater eccl'ia ordinauit festum Quare
ꝑticl'are ad honorẽ beatissime vir- sit festuz
ginis. v. Augusti ꝓpter vnuz mira- niuis in-
culũ niuis ab ea factũ in tali die. Cum nõ p- stitutum
tereat momentũ tpis q̇d nõ illustret multis
⁊ q̃si ĩfinitis miracul' eiusdẽ intemerate mr̃is
dei. Causa aũt hui⁹ inq̇sitiõis originat ex q̇-
dã iuristaꝝ snia dicentiũ ꝙ vbi ẽ eadẽ rõ: ibi
debet eẽ eadẽ iuris dispositio. l. a ticio. ff. d ꝟ.
ob. l. j. C. de libe. p̃te. vel exhere. c. trãslato. de
ꝯstit. et de silib⁹ idẽ debet esse iudiciũ: vt ait
phs. ij. Topic. et no. in. l. seruis legatis. ff. de
le. iij. ⁊ in. l. nõ possũt. ff. de legib⁹. ⁊ in. l. si li-
bellũ. C. de diuer. re. ⁊ in. l. loci. §. si fundus.
ff. si serui vẽ. et. ij. q. j. c. mlti. in fi. ⁊. ij. q. vj. c.
qui sentit. et in aut. q̇b⁹ mo. na. effi. legi. §. li-
ceat igit. Quaꝓpt eis videt ꝙ eadẽ ratiõe
deberent ab eccl'ia festiuari oẽs illi dies in q̇-
bus ꝓdigia magna ipsi⁹ gliose ꝟgis videm⁹
coruscare. Quoꝝ hesitatiõi volens satisface
re: lz dicat in. l. non oĩm. ff. de legi. Non oĩm
q̃ a maiorib⁹ nostris ꝯstituta sũt rõ reddi po-
test: tñ sm paruã ingenij mei cognitiõem vi-
det ꝙ bñdicta dei genitrix voluit miraculuz
hoc niuis a nob sup alia particularit festiua
ri ꝓpter multã similitudinẽ quã ipsa hz cum
ꝓprietatib⁹ niuis. de q̇b⁹ habet ĩ diuersis sa-
cre scp̃ture capl'is: in q̇b⁹ ipa btissima mater
dei assimilat niui. maxime aũt Dañ. vij. vbi
dr. Antiqu⁹ dieꝝ sedit: vestimentũ ei⁹ albuz
sicut nix. De⁹ em̃ q̃ est antiqu⁹ dieꝝ. i. añ oẽs
dies: q̇a ẽ etern⁹: sedit in vtero gliose virgi-
nis: ⁊ in eo req̇euit nouẽ mensib⁹. Uestimen
tum aũt eius fuit album sicut nix. quia ipsa
virgo purissima que tanq̃z vestimẽto circũ-
dedit eũ suo sacratissimo vtero. iuxta illud
Hiere. xxxj. Nouũ faciet dñs sup terrã: fe-
mina circũdabit virum. q̃ ei⁹ diuinitatẽ te-
xit ⁊ induit sua carne. fuit candidissima ꝑ in-
nocentiã. ¶ Pro cui⁹ ꝟitatis declaratõe tria
mysteria ꝯtẽplabimur de niue. Primũ erit
de ei⁹ aspectu. Scdm de ipsi⁹ tactu. Tertiũ
ꝟo de illi⁹ effectu. Quo ad p̃mũ dico ꝙ nix
est aspectu alba: pulcra ⁊ disgregatiua. Al-
bedo aũt (vt dt Algasel in sua physica. ⁊ po-
nit etiã in li. de ꝓprie. re.) est color ex luce cla-
ra ⁊ mlta ĩ corꝑe ꝑspicuo generat⁹. vnde q̃nt-
to in materia ꝑspicua est lux clarior: tãto al-
bedo est intensior ⁊ nigro impmixtior. Et cã
hui⁹ albedinis in niue est frigidũ. q: quãdo
materia substantial'r ẽ humida: ⁊ in illa do-
minat frigiditas: generatum ex ea est album
Et vt dicit phus. xix. de aialib⁹: nix generat

ex aere vaporoso declinante ad humiditatē aqueā. et hoc ꝑ frigidi actionē. Frig⁹ enī albificat hūidā materiā. Uirgo aūt sacratissima a supna luce in suo corpe albedinē ṽginitatis habuit q̄ aliter haberi nō pōt. iux illud Sap. viij. Scio ꝙ alit ꝯtinens esse nō possum nisi dn̄s dederit. Q aūt ꝑ albedinē significet ṽgitas: patet sacre scripture testimonio. Nā Apoca. xiiij. de ṽginib⁹ inq̄t dn̄s iesus Ambulabūt mecū in albis: q2 digni sūt. Et eiusdē li. vj. ca. dr. Date sūt eis singule stole albe. et. vij. ca. Amicti stolis albis. Brām ṽo matrē dei sine ṽginitatis violatione cōcepisse et pepisse filiū suū: pbat ꝑ illō q̄d de ea predictū fuerat Esa. vij. vbi dr. Ecce ṽgo ꝯcipiet et pariet filiū etc. Nec obstat hereticorum siue phoꝝ oppositio dicentiū ꝙ duo corpa n̄ possunt esse in eodē loco. iiij. phys. Ergo christ⁹ exiēs de vētre matris debuit frangere claustrū sue ṽginitatis. Quia rn̄det ꝙ iste exit⁹ fuit miraculosus et nō naturalis. Uel sm btm̄ Tho. in. iiij. dist. xxx. ar. vl. rn̄det: ꝙ chr̄s nascens habuit dotē subtilitatis. vn̄ Aug. inq̄t Sicut chr̄s exijt de sepulcro clauso: ita nat⁹ est de virgine/clauso virginitatis claustro. Beda q̄z sup Luc. ait. Sicut chr̄s in sūma pace nat⁹ est vt se pacē diligere ostēderet: ita de ṽgine nasci voluit vt virginitatis dec⁹ sibi gratissimū esse mōstraret. Is ḡ q̄ virginitatē in se seruauit/matrē ṽginē hr̄e voluit. putatiuū patrē Joseph virginē ꝯseruauit. Joānē baptistā pcursorē suū et euāgelistā sibi familiarē custodiuit ṽgines. sepe illud ꝓpheticū in se replicans. Ambulans in via imaculata hic mihi ministrabit. Hec ille. ¶ Dico et ꝙ ꝑ albedinē niuis figurat innocentia et puritas ipsi⁹ imaculate ṽginis: que nunq̄ fuit maculata vel denigrata ꝑ aliq̄d peccatū. iux illud Cañ. iiij. Et macula nō est in te. Erubescant ḡ illi q̄ hāc niuē candidissimā nigram q̄nq̄z fuisse ostendere conant. Qui ei⁹ albissimā animā nigredine pcti deturpatā affirmare non verent: cum ꝓpheta in verbis pallegatis dicat de christo. Uestimēta eius alba sic nix: et non nigra sicut coruus. Nos ṽo cādidissimā dn̄am nostrā denigrare abhorrētes: eius innocentiā quātū possum⁹ veneremur et in ista niue nos ab oim criminū nigredine dealbare conemur: vt verificet de nobis illō ps. lxvij. Niue dealbabunt i Selmon. Selmon enī sm Hiero. interprat ṽtutis obumbraculū: et significat ipam virginē bn̄dictā sup cui⁹ puritatis et scitatis vmbra pcōres dealbant. Recurre ḡ o peccator ad patrocinū hr̄e virginis: refice sub vmbraculo sue pietatis: et dic ei illud ps. l. et l. dist. c. cum exaudiero. s. lauabis me et sup niuem dealbabor.

Q Maria albedinē ṽginitatis habuit

Nix sigt innocētiā.

¶ Scdo nix est aspectu pulcra. et hoc ꝓpt albedinem. vnde cum videmus iuuenē albū: dicimus. O q̄z pulcer iuuenis. Et mulieres lauāt faciē vt fiat alba: et ipse dicunt pulcre. Sacra etiā scriptura cū aliq̄d pulcrū vult isinuare compat illud niui. Un̄ Mat. xvij. de pulcritudine vestiū chr̄i in transfiguratione eius inq̄t euangelista. Uestimēta eius facta sunt alba sicut nix. et Mar. ix. dr. Uestimēta ei⁹ cādida nimis sic nix. et Apoca. j. Caput ei⁹ et capilli ei⁹ tanq̄z nix. Nō imerito igit niui compar btissima virgo ꝓpter suā pulcritudinē. de q̄ sat dixim⁹ in scda pte pncipali huius opis. ser. iiij. Ita enī fuit pulcra ꝙ nulla mulier q̄ntacūq̄z decorata fuerit formositate in ei⁹ cōparatione videret pulcra. Nō europa: ob cui⁹ pulcritudinē (vt dicūt q̄dā) tertia ps mōi dr europa. Nō medusa: q̄ se aspiciētes reddebat imobiles: vt fabule referūt poetaꝝ. Nō Jole: cui⁹ amore insaniuit Hercules. Nō dianira: ꝓpter quā bella gesserunt Achelous et Hercules. Nō argia: quā tā ardent amauit polinic⁹ edippi rex thebaꝝ. Nō pātasilea: in cui⁹ faciē tot⁹ intuebat exercit⁹ tanq̄z in speculū. nā q̄si sol videbat in terris Nō polisena: q̄ ad suū amorē traxit Achillē fortissimū. Nō helena greca: ꝓpt cui⁹ pulcritudinē originē habuerūt bella troiana. Non dido sidonia: quā tantū amauit siche⁹ herculis sacerdos. Nō lauina filia regis latini: cui⁹ amore capt⁹ ē rex turn⁹: tot bella gessit cum troiano enea. Nō lucrecia romanoꝝ mulieꝝ dec⁹. Nō aliq̄ mulier hebrea: etiā ex ill' q̄ i sacra pagina dicunt fuisse pulcre nimis. i. valde. Sic enī sepe exponit i diuis scripturis. vt ibi. Nimis honorati sūt amici tui de⁹: nimis ꝯfortat⁹ est pncipat⁹ coꝝ. ps. cxxxviij. et etiā ita q̄nq̄z exponit sm leges: vt no. i. l. in testamēto. C. d suis et legi. et i. l. iij. C. de here. acti. Oēs enī pulcritudines q̄ fuerūt tā i viris q̄z i mulierib⁹ sūt nihil in cōparatiōe formositatis chr̄i et mr̄is ei⁹: que de seipa inq̄t Eccī. xxiiij. Ego mr̄ pulcre dilectiōis. vbi glo. ait. Pulcra mr̄ dicta est q̄ pulcritudiē ꝯcepit filiū etc. Est ḡ vt nix brā ꝓpter pulcritudinē: iux illō Thren. iiij. Candidiores nazarei eius niue: nitidiores lacte: saphyro pulcriores. Legit aūt ꝙ pdicātib⁹ aplis et aliq̄s non valentib⁹ ꝯuertere: mittebant eos ad btissimā virginē q̄ admirantes formositatē bn̄dicte matris, di et ei⁹ sapientissima eloq̄a: cōuertebant ad fidem: cognoscētes illū esse veꝝ deum q̄ tanta pulcritudine renitentē fecerat matrē suam. Ipam enī formosissimā virginē ad nos destinauit de⁹ vt cūctis ꝓplis ostenderet pulcritudinē ei⁹. Hester. j.

S Nix pulcritudiē Marie sigt

¶ Tertio nix ē aspectu disgregatiua. s. visus. et h etiā ē rōne albedis Albedo enī est disgregatiua visus: vt dr i li. de sensu et sensato. et ideo in li. de ꝓprie. re. sic ṽgis sigt

T Nix aspectū castō

scptū est. Nix cādore suo et pulcritudine ad
sui aspectū oculos intuētiū ꝓuocat. sed si ni/
mis diu aspiciat᷑: spēm visibilez disgregat et
īmutat. Hec ibi. Sic igit᷑ si q̄s longo tpe fi/
xis oculis aspiciat niuem sibi īmutat spūm
visibilē: et ei generat vertiginē quādā: ita vt
postea non bñ discernat nec capiat volupta/
tem ex alicuius rei pulcre aspectu. Sic btē
ꝟginis aspectus erat disgregatiuus visus:
ita q̄tūcūq̄ q̄s eēt libidinosus si in eā aspi/
ciebat statiz ardor ꝯcupiscētie et libidīs ab
illo diuertebat᷑: fm q̄ inq̄t Alex. d ales in. iij
pte sum. in tractatu de sanctificatōe btē vir/
ginis. q. viij. z sctūs Bonauē. in. iij. sen. dis.
iij. Hoc autē ꝓcedebat multis ex causis. d q̄
bus tractauimus in. ij. pte ꝑncipali huius
Maria a ꝯspiciē tib᷒ ñ potuit ꝯcu/pisci. — opis: ser. v. ꝑ. vij. Quidaz em̄ radij q̄si sola/
res ex eius vultu lucidissimo coruscabāt: ita
vt eā fixis oculis nemo posset intueri. vt ibi
dē diximꝰ. nec mirꝫ. Si em̄ deo apparente in
nube sup mōtē sinai: z loq̄nte cū Moyse nō
poterat ipe Moyses intueri abyssum clari/
tatis eius: sz ponebat velamē sup faciē suaz:
Exo. xxxiiij. multo minus poterāt hoīes in/
tueri claritatē btīssime ꝟginis: in q̄ erat deꝰ
nō vt in nube: sed vt in mr̄e. q̄ erat illa stella
fulgētissima. de q̄ ortus est sol eterne clarita
tis. Et h̄ etiaz dt Nico. de Ly. sup Mat. c. j.
allegās silitudinē vultus Moysi: cuiꝰ clari
tatez non poterat tueri ppl's isrl᷑: qñ locutus
fuerat cū deo. sicꝫ recitat Paulus. j. Cor. iij
multo itaq̄ magis radiabat ꝟginis btīssi/
me facies: que nouē mēsib᷒ deū portauit in
vtero. et ideo erat ꝯcupiscētie disgregatiua.
Possumꝰ q̄z dicere q̄ hoc etiaz ꝓcedebat ex
diuīa ꝟtute. Expiētia em̄ teste videmꝰ q̄ de/
monū fallacia z incitatōe sepe viri quidā cō
tēnūt vxores suas pulcerrimas et eaꝝ pul/
critudine nō mouent᷑ ad ꝯcupiscentiā: sz po/
tius ex aspectu ꝯcubinaꝝ turpiuz. Multo
igit᷑ magis potuit hoc deus in bono opari in
ꝟgine: vt eiꝰ pulcritudine nemo ad cōcupi/
scentiā ꝯcitaret᷑ sz potius distraheret᷑. Dicūt
q̄ quidaz deuoti doctores q̄ inspicientes ad
btām ꝟginē remanebāt vt attoniti ex eiꝰ cla/
ritate. Videmꝰ ei qñq̄ aliquē ita occupatū
z abstractū i aspectu alicuiꝰ figure vt nō sen
tiat etiā si vocet᷑. Moꝝ etiā honestas ipsius
bñdicte ꝟginis etiaz lasciuoꝝ hoim mentes
ad bñ viuēdū inducebat. Mulier em̄ facie
pulcra: si bñ morigerata fuerit bonos incita
bit ad deuotionē ampliorē: malos aūt ple/
Quō honeste mores malos alliciunt. — rūq̄ ad cōpūctionē. ¶ Ad q̄d facit exemplū
q̄d retulit pr̄ frater Ludouicꝰ de Vincētia
ordis nr̄i: dicēs q̄ in quadā naui ex vna pte
erant duo fratres minores: ex alia ꝟo erat q̄
dā meretrix cuz multis scholarib᷒: q̄ ꝑ padū
ibant a ferraria paduā. In qua quidē naui
dicta meretrix cū ipis scholarib᷒ dissolutio
nes multas faciebat. Mox aūt vt semel in/
tuita est illos frēs honeste stātes z deuote in
ipa naui: magno rubore demisit in ima ocu/
los: z nūq̄ postea ausa ē illos leuare. Scho
lares ꝟo hincinde ipam stimulātes nutib᷒
increpabāt. ipa aūt eos rephēdebat z horta
bat᷑ vt attēderēt z imitarent᷑ p̄dictoꝝ fratrū
honestatē. Postea ꝟo applicata naui ad litꝰ
hora vesptina cū hospitati fuissent apud q̄n
dam indeuotū hospitez. z necdū pransi frēs
etiā de cena diffiderēt: meretrix illa ad se vo
cauit hospitē z dixit vt frēs ipsos bñ tracta/
ret: q2 de sua pecunia oīa solueret. q̄d ille ꝑl
nus fecit. Videtes aūt frēs tantā abūdātiā
escarū / timuerūt ne hospes spe lucri ista eis
tā copiose mīstraret. q̄b᷒ non audētib᷒ come/
dere (q2 ñ habebāt vñ soluerēt) dixit hospes
p̄dict᷒. Nolite timere: nā illa meretrix oīa se
soluturā ꝓmisit q̄ in naui vobiscū fuit. Tūc
frēs deo grās referentes: cibum sumpserūt.
Postea ꝟo cōpleto prandio siue cena: predi/
cta meretrix velut alt'a Magdalena lachry
mis madefacta vēit ad eos dicēs. O patres
O angeli dei. O serui Jesu chr̄i fideles: bñ/
dicti vos a dño q̄ me honestate vr̄a reuoca/
stis a carnis mee putredine. vñ post fratruz
monita pniaz egit. O sancta honestas tu es
illa de qua dr̄ Ecci. xxviij. Gr̄a sup grāz mu
lier sctā z pudorata. grā. s. honestatis in se. et
sup grām in alijs libidinē extinguēdo: sic fu Ambro. describit honesta/tē marie.
it in btā ꝟgine bñdicta. Et ideo inq̄t Amb.
in. ij. li. de ꝟginib᷒. Sit nobis tanq̄ in exem
plari descripta virgitas vitaq̄ Marie: de q̄
velut a speculo refulget species castitatis et
forma ꝟtut᷒. hinc sumat᷒ licz exēpla vbi tan/
q̄z in exemplari magisteria sūt expssa ꝓbita/
t᷒. Que q̄d corrigere: q̄d fugere: q̄d tenere de
beatis ostendūt. ꝑmus discedit ardor nobi/
litas est matri. Quid nobiliꝰ dī mr̄e? Quid
splēdidius ea quā splēdor elegit? Quid casti
us ea q̄ sine ꝯtagione generauit? Nā de cete
ris eius ꝟtutib᷒ q̄d loq̄r? Virgo erat non so
lū corpe sed etiā mente: que nullo doli ambi
tu sinceꝝ adulteraret affectum corde humi/
lis: verbo grauis: animo prudēs: loquendi
parcior: discendi studiosior: nō in incerto di/
uitiarū: sed in p̄ce pauperis spem reponens.
Intēta opi: verecūda sermoni: arbitrū men/
tis solita non hoiem q̄rere sed deū: nullū le/
dere: omnib᷒ bene velle: maiorib᷒ assurgere:
eq̄lib᷒ ñ inuidere: fugere iactantiā: rōnez se/
q̄: amare ꝟtutē. Qñ ista vultu lesit parētes?
qñ fastidiuit humilem? qñ derisit debilem?
quādo vitauit inopē? eos solos cetus viroꝝ
inuisere solita erat quos misericordia non erube
sceret: neq̄ verecundia preteriret. Nihil tor/
uum erat in oculis eius: nihil in verbis ꝓcax

nihil in actu inuerecũdũ: non gestꝰ fractior: nõ icessus solutior: nõ vox petulãtior: vt ipsa corporis spẽs simulacrũ fuerit mentis z figura ꝓbitatis. Bona quippe domꝰ in ipso vestibulo debet agnosci. Ut pmo prẽdat igressu nihil intus latere tenebrarum: et mens nostra nullis repagulis corpalibꝫ impedita tanq̃ lucerne lux intꝰ posita foris luceat. Quid ḡ exequar ciborum ꝑsimoniã: officiorum redundanciã: alterũ vltra naturã supfuisse: alterum vero ipsi nature defuisse. Illic in illa tpa intermissa: hic cõgeminatos ieiunio dies. Et si qñ volũtas sucessisset: cibꝫ plerũq; erat obuiꝰ q̃ morte arceret: nõ delitias mistraret. Dormire nõ prius cupiditatis q̃ꝫ necessitatis fuit. et tñ cũ quiesceret corpus/ vigilabat animus: q̃ freq̃nter in somnis aut lecta repetit: aut somno iterrupta cõtinuat: aut disposita gerit: aut gerẽda disponit. Prodire domuꝫ nescia: nisi cũ ad ecclesiam ꝯueniret. z hoc ipam cũ parentibꝫ z ꝓpinqs. Domestico opsa silẽtio: forẽsi stipata comitatu: nullo meliore tamen suo custode q̃ꝫ seipa. In incessu aspectuq; venerabilis: que non tã vestigiũ pedis colleret q̃ꝫ graduꝫ virtutis attolleret zc̃. Et infra. Sic Maria intẽdebat oibꝫ quasi a pluribꝫ moneref. sic oĩa implebat virtutis officia vt non tã disceret q̃ꝫ doceret. Talẽ euangelista mõstrauit: talem angelus repperit: talem spũssanctus elegit. Quid in singulis morer? hanc parẽtes dilexerunt: extranei pdicauerũt/ q̃ digna fuit ex qua dei filius nasceref. Hec Amb. ¶ Alia etiã ex causa non fuit ꝯcupita: qa pulcritudinẽ suã q̃ntũ poterat occultabat: z mẽbra sua optime coopiebat. Nam honeste vestes que corpus bene tegunt/ pseruant a cõcupiscẽtia. E cõtra vero vestimẽta inhonesta z ornatꝰ meretriciꝰ est causa ꝯcupiscẽtie. Nam videntes iuuenes mulierẽ sic indutam arbitrant eam esse meretricẽ vel habere animũ fornicandi. Talis em̃ q̃sq; esse psumif qualeꝫ eũ vestes indicant. l. item apd labeonẽ. §. siqs virgines. ff. de iniurijs. exteriora nãq; demõstrãt interiora. l. fulcimus. §. illud sciendũ. ff. ex qbus causis in possessionẽ eaf. et. §. ceruos. insti. de rerum diuisione. naturaleꝫ. §. in his. ff. de adq. re. do. Et ideo eã ꝯcupiscũt. q: sperãt illã sue maledicte volũtati ꝯsensum pbituram. O igitur femina vana: o rete diaboli: o mlier lasciua: o bestia ifernalis: o iuuẽca fetida: vt quid ostendis pectus: spatulas z mãmillas? qre sic infasciata incedis? cur sic inhoneste vestiris? quare faciem tuam depingis? qre ipam litras? cur pellem extendis? cur membra tua ostendere hoibꝫ qris: nisi vt omnes ad cõcupiscentiã tuam ꝓuoces: nisi vt illorum aias capias: nisi vt eas tecum ad infernales cruciatus pducas? Si em̃ non haberes carnes venales: non portares eas ad macellũ. Sic ḡ signum vini vel alterius rei venalis facit bonam psumptiõem iuris q̧ talia sunt venalia. l. nec emere. C. de empt. z ven. sic tua inhonestas z expositio ac publica ostensio carnium tuarum isinuat q̧ in aio es corrupta z carnes ipsas venales habes. Absconde igif nuditatem tuam: cela carnes tuas: z fuge virorum consortia: exemplo virginis: de qua inquit Ambro. sup Lu. Discite virgines non circũcursare ꝑ alienas edes: nõ demorari in plateis: non aliquos in publico miscere sermones. Maria in domo sera zc̃. O igif femine dissolute: o pictrices facierũ: o plateárie: o balchonarie: o mulieres inhoneste: que totũ studiũ vestrum posuistis in demõstratione vestre pulcritudis: an nescitis q̧ ille thesaurum sancte virginitatis amittere cupit qui illum freq̃nter in publico gerit? Capite ḡ exemplũ beatissime vginis de qua inqt Amb. vbi s. q̧ videri freq̃ntius in publico displicebat: et ideo neminẽ ad ꝯcupiaꝫ ꝓuocabat: sicut tu balarina impudica facis. quod est maximũ peccatũ z grauissima pena cruciandũ. Noli igif amplius tot chrianorum animas illaq̃are et pciosum sanguinẽ iesu christi conculcare impudicicijs tuis. sed exẽplo beatissime virginis induere vestimẽtis albis honestatis. et sic non incitabis aliquem ad libidinẽ. sed vnusquisq; seruabit de te illud Prouer. vj. Non ꝯcupiscet pulcritudinẽ eius cor tuum. et Eccl. xxv. Non ꝯcupisces mulierẽ in specie. Noli sic freq̃nter morari in porta: sic libenter pdire ad spectacula: cõsiderãs q̧ Dina filia Jacob quia ad videndũ mlieres regionis pretiit: quia in publico apparuit: quia pulcritudinem suam ostendit/ pstituta fuit Geñ. xxxiiij. Et ido te hortaf ꝓpha Hiere. iij ca. exclamans z dicẽs. Reuertere vgo ad ciuitates tuas. i. ad consciam in camera tua. sicut faciebat intemerata virgo Maria. ¶ Secundũ mysteriũ de niue est de ipsius tactu. Pro cuiꝰ declaratiõe dico q̧ nix ẽ tactu frigida: porosa: z elapsiua. Quo ad primũ non oportet venire ad ꝓbationem. q: q̃d patet expsse non est ꝓbare necesse. c. euidentia. de ꝓba. z. l. ea qdem. C. de accu. Manifestũ est em̃ niuẽ esse frigidã: q̃ etiã frigescere facit manũ tãgẽtis. vñ dicif Eccl. xliij. Uetus aquilo flauit aquã frigidaꝫ. i. niuem de q̃ dicif Prouerb. xxv. Sicut frigus niuis zc̃. Et eiusdem libri vlt. ca. dicitur. Non timebit domui sue a frigoribus niuis. Beata igitur virgo frigida fuit. i. humilis. Homines enim frigus habentes vadũt strictis humeris: capite flexo: z humiliter in manibus sufflant. Unde glosa sup illud Apoca. iij. Utinã frigidus esses zc̃. ait. Seruum sibi ido ꝯ

[Left margin: V Honeste vestes pseruant a ꝯcupia.]

[Right margin: X Frigiditas niuis Marie hũilitatẽ signat]

neũ dñs frigidũ optat: vt frigore nuditatez agnoscat: z pãnis idigere se sciat: z humilis reddat ad poscẽda vestimẽta z tegumẽta nuditatis. Uidemus enĩ q pauperes humilius elemosynã petũt tpe frigoris q̃z in estate. dicũt enĩ intra se tpe estatis. Si non inuenero in ciuitate panẽ: ibo extra z comedã fructus agroꝝ. In hyeme aũt nõ sũt fructus i agris. nec audẽt demorari in plateis ꝓpter frigus: maxie qñ sunt male induti. et sic instantius z iportunius petũt elemosynã tpe frigoris. Frigus nãq̃z humiliat nõ tm̃ pauperes: sed etiã diuites: quos aliquãdo delectat aptare ignem z apponere ligna sub ferculis. Dicite o femie lixate z scholate: nũquid in hyeme libenter coopitis nuditatẽ vestram: et qd ꝑgebatis in estate incessu maturo z graui ac fastu pleno? In hyeme celeriter ꝑperatis. Frigida ḡ fuit bñdicta ṽgo. i. calore supbie vacua: sed frigore hũilitatis plena q̃ tãhumilis fuit vt nullibi legat q se matrẽ dei appellauerit: nõ reginã: nõ dñam: sed ancillam/ dicẽs. Ecce ancilla dñi. Lu. j.

Z Porositas niuis capacitatẽ gratiarũ Marie signat

¶ Secundo nix est porosa tanq̃z spongia susceptibilis aquaꝝ. et hinc est q magna niuiũ q̃ntitas si pmat: reducit ad modicã q̃ntitatẽ. Et silr porosa fuit btissima ṽgo: q̃ tantaꝝ grarũ imbrẽ suscepit: vt ex eius abundantia ois creatura repleta sit. Uñ Bern. exponẽs illa ṽba cantici ṽginalis Ecce enĩ ex hoc beataz me dicent oẽs generatiões: ait. Ecce intuentis est aduerbiũ z demõstrantis. acsi dicat. Ecce iam video qd futuꝝ sit de me: qs fructus pcedet ex me: que z quanta bona nõ mihi soli sed omnibꝫ generationibꝫ puenient ex me. Nam z angelicaꝝ generationũ numerus ꝑ meũ genitũ reitegrabit: z hoim generatio in Adã maledicta/ ꝑ ventris mei fructus benedictionẽ ad eternã generatiõem regenerabit. Hec ille. O igit virgo oim gratiaꝝ capacissima: que illum in se suscepit quem totus mũdus non capit: que illũ ꝯtinuit q magnitudine sua omnẽ celoꝝ capacitatẽ excedit: q̃ tantam infusionẽ gratiaꝝ recepit q nunq̃z aliq pura creatura similẽ habuit vl habebit. Ait enĩ Hiero. in sermone ad Eustochiũ. Ceteris ꝑ partes gratia pstat. Marie ṽo tota se ifudit gratie plenitudo.

Z Elabilitas niuis Marie inexplicabilẽ elucidatiõem signat

¶ Tertio nix ẽ elapsiua. Si enĩ de niue corpus hñ sphericũ formaueris/ cito elabit e manibꝫ: vl pila diu palmis tractata liquescit. que q̃nto fortius stringit tanto citius elabit vl in aquã se cõuertit. Et silr bñdicta ṽgo de contrectantiũ manibus elabit. quia sua magnitudine scriptores suaꝝ laudũ elaborãt: et nec qdem minimã partez sufficienter tractare seu expmere pñt. Nam de illius gestis dici potest illa legalis sententia q plura sunt negocia q̃z vocabula. l. iij. § negocia. ff. de nego. gest. z. l. hec ṽba. ff. de pscrip. ve. Et ideo si omnes oratores z poete q fuerũt z erunt: adessent. z de ipsius ṽtutibꝫ z excellẽtijs scribere vellent: in elucidando vel vnam de ꝑrogatiuis: verificaret illa Mantuani poete snia in. j. Eneid. scz. Añ diẽ clauso cõponet vesꝑ olympo. Si enĩ tota maris arena z aqua se in linguis cõuerteret: si folia arboꝝ loq̃rent: si oẽs creature loq possent et laudare btã̃m virginem vellent: z si oẽs beati spũs z sancti dei eius dignitatẽ z excellentiam ac gl'iam expmere attentarent: non valerent ad plenuz explicare nec attingere laudes cõueniẽtes illi que deum parere meruit. Et ideo eximius ꝓphaꝝ Dauid lz diceret psal. xliiij. Lingua mea calamus scribe velocit scribentis Tamen in laudibꝫ btissime virginis expmendis se insufficientez cõfessus ẽ dicẽs ps. lxxxiij. Deficit aia mea in atrijs dñi. Ipa enĩ sacratissima virgo dr in sacra scriptura atrium dei. vt declarauimus in. iij. pte pncipali huius opis: sermone. v. pte. v. Ego ṽo in hoc ope fatigatus: dico cum btõ Job libri cius ca. xix. Quis mihi tribuat vt scribantur sermones mei quos. s. p nimia sublimitate z copiositate virtutũ beate ṽginis pferre nõ possum. De qbꝫ non imerito dicere valeo illud Joan. vlti. Nec ipm arbitror mundũ capere posse eos q scribendi sunt libros. Ex qbꝫ oibꝫ patet q̃ntum ille sit deceptus/ q̃zq̃z paruz de gl'iose virginis excellẽtia z ṽtutibꝫ informatus: qui omne quod de illa dici potest sepẽ se asserit posse explicare sermõibꝫ.

A Sic nix terrã: sic Maria terrenos ipinguat

¶ Tertiũ mysteriũ est de niuis effectu. Nix enĩ habet plures effectus qui ponunt in libro. xj. de ꝓprietatibꝫ reꝝ. in ca. de niue. quoꝝ solum referam z declarabo septem: ꝓpter septez ṽginis ipsius gaudia. z erũt tanq̃z septem thesauri. de qbꝫ dr Job. xxxviij. Nunqd ingressus es thesauros niuis? Quantũ ad pmũ effectũ sic dr ad lrãm in pdicto libro de ꝓprietatibꝫ rerũ. Ex mora niuis super terrã humus impinguat. Sua enĩ frigiditas poros terre claudit. Unde reuocato calore ad interiora radicũ z seminũ/ fit huõꝝ interioꝝ attractio ad radices: z ipsoꝝ inuiscatio: ex qua terra impinguat. Unõ nix herbas malas z supfluas mortificat z attenuat. bonas ṽo nutrit z impinguat. Hec ibi. Et similr beata virgo impinguat terraz. i. nos terrenos: qui eramus macilenti pre penuria panis celestis: qui nõdum erat in terram destinatus: quẽ ipa nobis oriri fecit. Unde ipse fructus ventris ṽginalis inquit Joan. vj. Ego sum panis viuus qui de celo descendi. de quo benedicto pane comedimus z impinguati sumus. sicut Psalmista pdixerat dicens. Pinguescent speciosa deserti: z exultatiõe colles accingent. Btã igit virgo nõ fuit sicut ille niues que corru

perūt segetes. de q̄bus in l. fistulas. §. fi. ꝺ ꝯ̄ emp. sed fuit illa nix que a deo missa est ī mū dum vt sua coope̅tione vestiret ꝛ impingua ret terram hūane gn̄ationis. vn̄ ꝺ ꝺo inquit ꝓba ps̄. cxlvij. Qui dat niuē sic lanā. Nec ē illa q̄ quelib; suū deuotū impinguat ꝯsola tionib; diuis. Ad qꝺ applicari poss; illꝺ Ec clesiastici. xxvj. B̄ra mulier; sedule delecta
B bit vir suū: ꝛ ossa illi⁹ impinguabit. Scꝺs
Sic nix fetida sic Maria turpitudines vitiorū tegit
niuis effect⁹ ponit̄ in p̄dicto li. ꝺ ꝓꝓie. rerū. vbi sic ꝺr: Nix etiā sua p̄ntia loca fetida ꝛ fi malia ꝛ sterq̄linia tegit ꝛ occultat: et similit̄ beatissima virgo turpitudinem delictorum nostrorum: dum eius infuentu vestimur in dumēto īnocētie ꝛ sctitatis/ qꝺ ipa nos assu mere hortat̄ dicēs illꝺ Apoc. iij. Vestimēt; albis īduar; vt nō appeat ꝯfusio nuditatis tue. Pctōri em̄ dic deus Hiere. xiij. Nudaui femora tua ꝯ̄ te. In cui⁹ signū adā ꝛ eua post pctm̄ se nudos cogn̄uerunt ꝛ erubuer̄t Gen̄. iij. Sic āt illi nudi fuerūt p culpā: ita ex ōrio ꝟgo bn̄dicta vestita fuit p innocentiā. vn̄ de ipa inq̄t Dauid ps̄. xliiij. Astitit regina a de xtris tuis in vestitu deaurato ꝛc̄. Erq; sic est bn̄ vestita: etiam nos vestit de sua supabun dantia. Quapꝓt ꝺ suis ꝺr Prouer. vlt̄. Oēs domestici eius vestiti sunt duplicib;. Et ipa
C est indumētū nr̄m. sic in ꝟbis pallegat; ostē
Sic nix vestigia sic maria īsidias diaboli manifestat
cimū chrysopassus. Undecimū hyacinth9.
Duodecimū ametistus Et duodecim porte:
duodecim margarite sunt p singulas: et sin
gule porte erant ex singul margaritis. Et pla
tee ciuitatis aurū mundū tanq̄ vitrū pluci
dum. Et templū non vidi in ea. Dñs em̄ de9
omnipotens templū illius est z agn9. Et hec
ciuitas non eget sole neq̄ luna vt luceant in
ea. nam claritas dei illuminat illam. Lucer
na ei9 est agnus. Hec ibi. Ex q̄bus omnibus
pz mundicia z claritas incompabil hui9 ci
uitatis. Nemo igit eam immūdam fuisse ali
qñ affirmare psumat. ¶ Lz aūt omnia pdi
cta ō ipa exponi possent: tñ vitande plixita
tis cā solum dico: q̄ ipa bñdicta vgo optie
dr ciuitas dei sancta, q2 fuit munda, deo di
cata, z firma. Vñ ipa ait Eccl.xxiiij. Et sic i
sion firmata sum. Fuit etiam hierl'm: q̄ int
ptat visio pacis. Ipa em̄ ait vbi s. In omni
bus requiem q̄siui. Item dr descendisse a deo
q2 ab eo fuit edificata: et data in ciuitatem
refugij peccatoribus. Et ab ipo deo parata.s.
virtutibus. Et vt sponsa ornata omni gra.vt.s.
esset sponsa ipsius dei pris: ex qua vtute spi
ritussancti generaret redemptor humani ge
neris. De qua fulgentissima ciuitate gl'iosa
dicta sūt: maxime triplici rōne qua ipa dr ci
uitas dei. Primo quia deus ipam fundauit
sic Alexandria sic est dicta: quia Alexander
ipam fundauit. Et vrbs Rhoma sic dicta ē
a Rhomulo eam fundante. Vñ de ipa bene
dicta dei ciuitate ait ppha Ps.xlvij. Sicut
audiuimus.s. ex veteri testamēto figuratū,
sic vidimus impletum in ciuitate dei nři.s.
vgine gl'iosa: Deus fundauit eam in eternū
Unde ipa ait Eccl.xxiiij. Ab initio.i. a deo,
q̄ est initium omnis creature. et ante secula.
scz temporalia. creata sum.s. pdestinatione i
mente diuina. Si ḡ deus fundauit eam in
eternum. ḡ in conceptione sua non corruit p
originale pctm̄ Et ppter hoc canit in officio cō
ceptionis. Gl'iosa dicta sunt de vgine Ma
ria. q2 fundauit z pseruauit eam altissimus
all'a ¶ Scdo dr ciuitas dei. q2 ptinue posse
dit eam deus z semp possidebit. Pctōr em̄
possidet a diabolo p culpam. iux illud Luc.
xj. Cum fortis armatus custodit atriū suū:
in pace sunt omnia q̄ possidet. q2 cum ipe di
abolus possidet animā: ita eam custodit q̄
eius temptatiōibus obedescit. Boni autem a do
mino possident: nō solū p gubnationē z do
miniū: sedetiā p grām z obeditionē. Vñ illi

(Margin: I Maria ciuitas dr ppter tria — K)

dicunt cū Ps̄. Tu possedisti renes meos.i.
affectus. Idē q̄q3 ꝓpha inq̄t deo de elect] ei⁹
Ps̄.lxxiij. Mēor esto ꝯgregatiōis tue: quā
possedisti ab īitio. Et tali mō dr̄ aliq̄ ciuitas
alicui⁹ reg]: q2 ab eo possidet: ⁊ sub ei⁹ dn̄io
est. sic Parisius dr̄ esse ciuitas reg] Frācie. ⁊
sic de singul'. Btā igit ꝟgo ꝑ hunc modum
dr̄ ciuitas dei. q2 semꝑ fuit ab illo possessa q̄
ete ⁊ sine aliq̄ vel mīma rebellione. Vn̄ ipsa
ait Prouerb. viij. Dn̄s possedit me in initio
viaꝝ suaꝝ. Si ḡ deus ab initio ⁊ semꝑ pos/
sedit eam: ꝑfecto diabolus nunq̄3 ꝑ origina
L le pctm̄ habuit eam sibi subditam. ¶ Ter
tio aliqua ciuitas dr̄ alicuius in q̄ztum est i/
habitator eius. Et sic Nazareth dicta est ci/
uitas chr̄i: q2 ibi conceptus ⁊ nutrit⁹ est. Vn̄
ꝓpt̄ h̄ appellatus est Nazareus. vt h̄r Mat.
ij. Bethleem q̄q3 vocata est ciuitas Dauid:
q2 ibi natus est et habitauit ī puericia ⁊ ado/
lescentia. j. Reg. xvj. Et ꝑ hunc modum btā
ꝟgo dr̄ ciuitas dei: q2 deus ꝑ corꝑalē subam
ab ea assumptā habitauit in illa. Vn̄ ꝓpheta
ait Ps̄. xlvij. Magnus dn̄s ⁊ laudabil' ni/
mis: in ciuitate dei nr̄i ⁊c̄. Ip̄e em̄ dei filius
ī ventre eius habitauit ꝑ nouem menses tā/
q̄3 ciuis ipsius ciuitatis: ⁊ totam infantiam
⁊ pueriçiam trāsegit cum ea. Hec est illa ci
uitas fortissima muro roborata inexpugna
bili. de q̄ Esa. xxvj. dr̄: Urbs fortitudinis no
stre sion: saluator ponet ī ea mur⁹ ⁊ antemu
rale. Req̄rit em̄ ad fortitudinem bone ciui
tatis ꝙ sit bn̄ murata ⁊ turrita. De btā āt ꝟ
gine ⁊ de deo ip̄am fabricante dici pōt illud
j. Mach. iiij. Edificauit sion ⁊ ꝑ circūitum
muros altos et turres firmas: ne qn̄ venirēt
gentes et ꝯculcarent eam. Dic̄ aūt Alb. supꝑ
supꝑ Missus est. ꝙ idea gl'iosa dicta sunt de
hac ciuitate. s. ꝟgine Maria: q2 omnia que
ad ꝑfectionem ciuitatis ꝑtinent in btissima
ꝟgine inueniri et de ip̄a dici pn̄t. Fuit em̄ fū
data supꝑ hūilitate: ꝑ castitatē murata: tur/
rificata ꝑ charitatem: ditata ꝑ pauꝑtatē: cu
stodita ꝑ discretionem: libera immunitate
pctōꝝ: pacifica suꝑatione tentationū: diuio
officio ordinata ꝑ elegantiā meritoꝝ: edifi/
cata populosa ꝟtute ⁊ ml'titudine oīm dono
rū gratuitoꝝ: irrigua abūdantia miseratio
nū: in altissimo sita ꝑ excellentiā ꝑuilegioꝝ.
M Hec ille. ¶ Sequit aūt Dauid ī p̄dicto ps̄.
Memor ero Raab ⁊c̄. Ubi sciēdū ꝙ ip̄e da
uid in psalmis suis sepe mutat locutionē su
am de vna ꝑsona in aliā. Et qn̄q3 incipit loq
in ꝑsona sua. ⁊ postea in alio ꝟsiculo loquit ī
ꝑsona dei vel alterius sic̄ cum spū sanct⁹ im
pellebat. Vn̄ etiam in h̄ ps̄. idem fac̄. Nam
q̄ttuor ꝟsiculos īmediate seq̄ntes ponit in ꝑ
sona ipsius ꝟgis dicens: Memor ero Ra/
ab ⁊ babylonis scientiū me. Quia em̄ raab
fuit meretrix/que postea fuit ꝯuersa. de q̄ dr̄
Josue. ij. Ingressi sunt domū meritricis no
mine Raab. iō ꝑ eam significant alie om̄es
meretrices q̄ efficiunt postea deuote ipsi⁹ ꝟ/
ginis et ei⁹ meritis ꝯuertunt. Et sil'r ꝑ baby
lonē intelligunt pctōres. vt s̄ expositum est
ſm Alex. d ales. Quia g̃ nll's est adeo crude
lis pctōr: nec aliq̄ adeo scelerata meretrix q̄
vt cōit nō habeat deuotionē btē ꝟgi: et eam
nō aꝑpellet immacl'atā ⁊ innocentē: atq3 sue
illibata ꝯceptionis nō credat p̄seruationem
Jō ip̄a bn̄dicta ꝟgo ꝯ impugnantes suā ino
centiam/ait: Memor ero Raab ⁊ Babylo
nis scientiū me. q.d. Meretrices ⁊ publica/
ni p̄cedent vos in regno celoꝝ. Matth. xxj.
Quia etiam thurci et saraceni et alij oēs ifi
deles gl'iosam ꝟginem Mariā venerant. et
eam credunt a pctō originali fuisse p̄serua/
tam. Vn̄ dr̄ in Alchorano mahumeti. Nul/
lus est ex Adā qn̄ tenuerit eum sathan pre
ter Mariā et filium ei⁹. Quapꝑt (vt retulit
mihi vnus frat nr̄) cum in ciuitate Veneti/
arum eēt vnus theucer ibi obses: ⁊ intellige
ret fieret q̄stionem de ꝯceptione ꝟgis dixit
vni nobili ciui Veneto. Miror ꝙ inter vos
chr̄ianos sint aliq̄ q̄ non credant mr̄em chri
sti btām ꝟginem Mariā eē ꝯceptā sine pec
cato originali: cū nos infideles h̄ firmit cre/
damus. Ill' g̃ q̄ ex ꝑtinacia ⁊ obstinatiōe ꝑse
quunt suam immacl'atā ꝯceptionē/ait ipsa
ꝟgo gl'iosa. Ecce alienigene et tyrus et ppl's
ethiopum hi fuerunt illic. s. ad laudandā cō
ceptionem meam. q.di. Amen dico vob ꝙ
tyro et sidoni remissius erit in die iudicij q̄3
vob. Matt. xj. et Luc̄. x. Quia etiā iudei di
cūt ꝙ mr̄ Messie dz ꝯcipi sine pctō origina
li. Jō subdit: Nunq̄d sion. i. iudea: dicet ho/
mo. i. ꝙ ego sim ꝯcepta sic̄ alij hoies in pctō
q.d. Non. Et assignat rōnē q̄re iudei dicent
eā sine pctō ꝯceptam/dicens: Homo natus
est in ea: et ip̄e fundauit eam altissimus. Et
iō cum dei ꝑfecta sint opa. Deut. xxxij. non
fundauit eam in imꝑfectione pcti. Et hoc ē
fundamentū qd̄ faciunt iudei. Sequit autē
btā ꝟgo in alio ꝟsiculo dicens: Dn̄s narra/
bit in scp̄tur] ⁊c̄. Quia em̄ impugnātes ꝯce
ptionem ipsi⁹ ꝟgis credere nolūt scp̄tur] ꝓ/
pheta ꝝ ⁊ sacre scp̄ture: sacroꝝ q3 doctoꝝ de
innocētia ꝟginali loq̄ntiū. Jō deus fec̄ ⁊ ite
rum faciet vt ml'ti (etiā secl'ares) ꝓ defendē/
da btē ꝟgis conceptiōe tractatus faciēt nar
rantes qual'r ip̄a bn̄dicta ꝟgo concepta ē si
ne pctō originali. Qui scp̄tores q2 sūt ⁊ erūt
plurimi: ideo eorum scp̄ta dicūt scp̄ture po/
puloꝝ. Omnes em̄ ppl'i debent consurgere
ꝓ hac opiōne. Item faciet ꝙ p̄ncipes terre/
ni recipiētes bn̄ficia ⁊ grās ob reuerētiā eius
dem illibate conceptiōis impetratas: faciēt

de hoc fieri scripturas: statuta in scriptis autenticata. facientes vt oēs eorum subditi festū purissime conceptionis mřis dei debeant solēnit̄ celebrare. sicut hodie videmus p orbē t̄rarum mlřis in regionibꝰ adimpletū. Et h̄ puidens i spū brā v̄go ait: Dn̄s narrabit in scripturis populorum et pncipū eorum q̄ fuerūt in ea. i. q̄ in inuocatione mee sacratissime conceptionis fuerunt exauditi: ꝛ receperūt bn̄ficia. Ultimuȝ aūt v̄sicl'm addit Dauid pph̄a in psona oīm deuotorum eiusdem v̄gis/ dicens: Sic vt letātium ꝛc̄. q. d. O btissima v̄go: deus filiꝰ tuꝰ faciet diuulgari et cognosci inocētiam ꝛ immaculatā conceptionē tuā: ꝛ v̄ificari illud qd̄ ego pdixi Ps̄. xxviij. dicēs: Reuelabit dn̄s condensa: et in tēplo eius oēs dicent gl'iam. ita q̄ oēs chr̄iani de ea magnā festiuitatē faciēt ꝛ leticiā: cātantes in missa: Gaudeamꝰ oēs in dn̄o ꝛc̄. Et ideo dr̄: Sic vt: et sunt due dictiones: q̄ tantū significant q̄ntū ita q̄. In ipo eīm v̄siculo h̄ concludit q̄ tanta pdigia coruscabant in testimoniū innocentie sue. et ad illius defensionē fient tot scripture q̄ oēs fideles exultabunt et letabunt̄ de ipsius innocentissime v̄gis puritate. Et h̄ ē qd̄ ait: Sic vt oīm letantium habitatio in te Oēs ḡ per deuotionē habitare debemꝰ in hac sacratissima dei ciuitate. Huius eīm ciuitatis habitatio est optima. iiij. Regū. ij. Hec ē ciuitas lata nimis. i. valde Neem. vij. Et hec ē ciuitas gl'iosa. Sophon. ij. In hac ciuitate desiderabat ipe Dauid pph̄a intrare/ dicens ps̄ lix. Quis deducet me in ciuitatē munitaȝ? Sed heu q2 de multis indeuotis ipsiꝰ btē v̄ginis dici pt illd̄ Ps̄. cvj. Uiā ciuitatis habitaculi nō inuenerūt.

¶ Ex brā v̄go dr̄ castellū

¶ Assi'latio. viij.

D ominꝰ nr̄ iesus chr̄s intrauit i duplici castello. ¶ Primo in castello hierosolymitano. i. in v̄gine bn̄dicta. Que mltis d̄ causis dr̄ castellū Primo rōne sue nitide v̄gitatis. Nā castellū hȝ nomē a castitate. ꝛ dr̄ castellū. i. castū liliū vt dr̄ glo. sup illd̄ Lu. x. Intrauit iesus i q̄ddam castellū. Tale āt castellū fuit ipa benedicta v̄go: q̄ fuit ꝛ est nitide castitatis ꝛ purissime v̄gitatis lilium. Cui dr̄ Can̄. vij. Uenter tuus sicut aceruus tritici vallatus lilijs. Secūdo dr̄ castellū rōne hūilitatis. Nā castelluȝ dr̄ diminutiue de castro. Per castellū igit̄ significat̄ ipsiꝰ humilitas: q̄ q̄uis maxia esset et sup oēs alios supeminens: tn̄ de se parua sentiebat. Sciebat nanq3 q̄ humilibꝰ deus dat grām: ꝛ supbis resistit. Jac. iiij. Unde ob hac humilitatis sue graciositate ipa ait vt canit eccl'ia. Cum essem paruula placui altissimo. Et Lu. j. Respexit hu. ancil. sue. Tertio dr̄ castellum rōne sublimitatis. Nā castelluȝ dr̄: q̄si alta casa. q2 alijs casis supeminet. Ipa v̄go fuit alta casa tripl'r. Primo ex situ. quia eius status est sup oēm statum pure creature. qd̄ vtiq3 figuratū fuit p arcam Noe: quā aq̄ eleuauerūt in sublime: Gen̄. vij. vbi dr̄. q̄ arca eleuata est sup aq̄s. Ipa eīm v̄go super oēm purā creaturā: ꝛ sup oīnes pp'los ē sublimata. Nam creature seu pp'li appellantur aq̄ f'm Alex. de ales sup Ps̄. Aut ppt̄ successionem ppagīs: Iux̄ illud Ecc'es. j. Gn̄atio prerit ꝛ gn̄atio aduenit. sicut etiam flumia exeunt a mari et ad ipm reuertunt̄: et continue fluunt. Et ideo etiam dicunt̄ aq̄ ppt̄ motuȝ: q2 sicut aq̄ sunt in continuo motu: ita etiaȝ natura humana. Un̄ Ouidiꝰ. in. xv. metamor. ait: Cuncta fluunt: omnisq3 vagans formatur imago. Non secus ac flumen: nec eīm cōsistere flumen Nec leuis hora pōt ꝛc̄. Et id̄ dr̄ Job. xiiij. Homo natus de muliere breui viuens tpe: replet̄ multis miserijs. Qui q̄si flos egredit̄ ꝛ cōterit̄: et fugit velut vmbra: ꝛ nunq̄3 in eodem statu pmanet. De q̄ etiā tāgit̄ in. l. ij. §. sed q2 diuine. C. de ve. iu. enu. ꝛ in. §. aūt. in auten. de nō alie. aut p. re. eccl'. et in. §. hāc dicēres. in auten. vt oēs obe. iu. De angel' q̄q3 dr̄ Job. iiij. Qui s̄uiunt ei nō sūt stabiles. s. p naturam. Item pp'li dicunt̄ aq̄ ppt̄ vilitatem elementi. q2 aqua vilis et quasi p nihilo reputat̄. Et sil'r creatura in cōparione creatoris. Iux̄ illd̄ Esa. xl. Gentes quasi stilla situle: ꝛ q̄si momentum stare reputate sunt. Un̄ omnes dicere pn̄t illd̄ Sap. ij. Ex nihilo nati sumus. i. creati. Item dicunt̄ aq̄ propt̄ profunditatem. iux̄ illd̄ Hierem. xvij. Prauum est cor homis ꝛ inscrutabile: quis cognoscet illd̄ ꝛ q. d. null's/ nisi solus deꝰ Scd̄o brā v̄go dr̄ castellum: quasi alta casa ex alto edificio v̄tutum. q2 in alto cacumine v̄tutum sublimata est. In ipa enim completum fuit illd̄ Luce. xxiiij. Induami v̄tute ex alto. Unde dicere potest illud Ecci. lj. Manus meas extendi in altum. Tertio dr̄ castellum. i. casa alta ex dignitate fabricatoris. q2 architector huius castelli fuit ipe deꝰ q̄ fundauit ipam brām v̄ginem: vt dr̄ Ps̄. xlvij. et. lxxxvj. Quia enim ipe est altissimꝰ: voluit istud castellum altum fabricare vt in illo posset habitare. iux̄ illud Ps̄. cxij. Quis sicut dn̄s deꝰ noster q̄ in altis habitat. Uoluit itaq3 saluator noster ab ista casa alta et ab hoc castello altissimo trahere originem f'm carnem. iux̄ illd̄ Luce. j. Uisitauit nos oriēs ex alto. Non enim solum intelligit̄ de ortu eterno quo ad diuinitatem: sed etiam d̄ temporali quo ad humanitatem. Quarto pncipal' v̄go gl'iosa dr̄ castellum rōne dominationis. Nam chr̄s non intrauit in omne ca

Maria alta casa ppt̄ tria

stellum .sed textus euangelic⁹ testat̃ ipm intrasse in q̃ddam spẽale castellũ/ qd̃ denomiatur Bethania. de quo hr̃ Joã.xj. Interp̃tat̃ aũt bethania obedientia seu domus obediẽtie. p̃ quam ṽgo gl'iosa significat̃. Nam ipsa se obtulit p̃mptã ꝛ obtemp̃antẽ diuĩe volũtati in incarnatiõe diuini ṽbi/ rñdens angelo: Ecce ancilla dñi ꝛc̃. Quinto p̃ncipal'r dr̃ castellum rõne expugnationis. Nam filius dei venit in Mariam vt assumeret arma humanitat̃: q̃bꝫ armis indut⁹ nouem mensibꝫ in ip̃a ṽgine occulte p̃mansit: vt sic expugnaret inimicũ humani gener̃/ ꝛ ex illo castello secrete amic̃ suis adiutoꝛium p̃beret. Et i h̃ ip̃a ṽgo figurata fuit. j. Regũ. iiij. vbi dr̃: q̃ philistijm .i. demones cognoscentes q̃ arca dei. i. Maria. de qua dr̃ Ps̃. cxxxj. Surge dñe in req̃em tuam tu ꝛ arca sanctificatõis tue. venit in castra: timuerunt dicentes: Uenit deus in castris: ꝛ ingemuerũt. O q̃t liberati sunt ab inimicis ꝛ a manibꝫ demonũ p̃ p̃tectionem istius castri. s. Marie. Et quot amici habuerunt p̃sidium in tribulatiõibꝫ/ in infirmitatibꝫ/ tempestatibꝫ/ p̃secutiõibꝫ/ necessitatibꝫ ꝛc̃. Nã Maria facta est adiutoꝛium ꝛ refugium p̃egrinantium tanq̃ȝ castellum in deserto. Et iõ eccl'ia h̃ ꝯsiderans ei canit: Sub tuum p̃sidium ꝯfugim⁹ scã dei genitrix ꝛc̃. In h̃ ḡ castello castitate decoꝛato/ humilitate munito/ excellentia sublimato/ obedientia ditato/ munitiõe repleto. s. in ṽgine bñdicta: intrauit Jesus. i. saluatoꝛ noster vt omnibꝫ p̃sidium faceret ꝛ nos ab inimicis p̃tegeret ac liberaret. Quia ṽo castellum est locus q̃ vice ciuitatis regit̃. vt notat̃ .ff. de le. j. l. si heres: §. vic̃. et de le. ij. l. ticia. §. fi. C. de fundis limitꝛ. l. ij. ꝛ d̃ offi. p̃. p̃to. afri. l. in nomie dñi. §. interea. et p̃ Arch. in c. statutũ. §. ij. in ṽbo ciuitatibꝫ. d̃ rescp̃. lib. vj Jõ post assimilationẽ ciuitat̃ posui imediate assimilationẽ castelli. Si ãt accipiat̃ castellũ p̃ receptaculo ad aquã suscipiendã. vt. ff. de aqua quot. ꝛ esti. l. j. §. añpenul. et no. ff. de fui. vz. p̃. l. fistula. in p̃n. ꝛ d̃ acti. em. l. fundi. §. fi. Etiam ip̃a bñdicta ṽgo ꝯgruentissime dr̃ fuisse hoc castellum/ q2 fuit receptaculũ oim̃ aq̃ꝝ. i. grãꝝ diuinaꝝ. ¶ Scd̃o p̃ncipal'r dico: q̃ iesus intrauit in alio castello. s. babylonico. i. in mũdo Nam h̃ mund⁹ recte appellat̃ castellũ babylonicũ. i. ꝯfusionis: ꝯ̃rium castello hierosolymitano. i. diuine visionis. E[illegible] castellum assassinoꝝ ꝛ deo rebellantiũ: marĩe p̃pt̃ septem pessimas ꝯditiões q̃s hꝫ. de q̃bus dicam in. xj. p̃te p̃ncipali huius op̃is. ser. ij. p̃te. j. In h̃ ḡ rebelle castellꝫ .i. in mundũ intrauit filius ṽgis Joan. j. Intrauit siq̃dem vt ip̃m eterno p̃ri suo subiugaret. Et iste introitus factus est in vtero ṽgi[illegible]nali. In q̃ castello ip̃a bñdicta ṽgo eum recipiens/ figurata est p̃ Marthã: vt diffusius dicam loco s̃ dicto Nam illa mľier q̃ in suo castello recepit dñm: fuit Martha: vt habetur Lu. x. Que hebꝛaice interp̃tat̃ p̃uocans qd̃ optime ꝯgruit btẽ ṽgini. Nl'e em̃ p̃ces p̃triarchaꝝ/ nl'a quoq̃ȝ oꝛacl'a p̃phaꝝ/ nl'e ip̃ sup̃ voces seu desideria sanctoꝝ patrum p̃uocare vnq̃ȝ deum valuerunt vt in castello huius mũdi intraret p̃ salute humana. Sȝ humil' ṽgo eum p̃uocauit ꝛ induxit. Et ideo angelus ei dixit: Inuenisti grãm apud deũ. Luc̃. j. Uñ ip̃a recte dicere põt illd̃ qd̃ scp̃tũ est. j. Regũ. j. Ego sum illa mulier que steti coꝛam te oꝛans dominũ p̃ puero isto. Oraui ꝛ dedit mihi dñs petitionem meam quã postulaui. Ip̃a quoq̃ȝ bñdicta ṽgo cõtinue p̃uocat deum ad miscd̃iam sup̃ peccatoꝛes. Unde de s̃mone eius cum filio suo põt dici illud Judith. viij. Iste est s̃mo qui miscd̃iaꝫ p̃ouocat. Pꝛouocat ꝛ peccatoꝛes ad penitẽtiam. iuxta illud Thꝛeñ. ij. vt te ad penitentiam pꝛouocarent Item bonos pꝛouocat ad bñ op̃andum. Unde de ip̃a potest dici illud Deut̃. xxxij. Sic̃ aquila pꝛouocans ad volãdum pullos suos. ¶ Secundo figurat̃ per Martham. quia Martha syriace interp̃tat̃ dominans. Ip̃a ṽo bñdicta ṽgo facta ẽ domina vniuersi. Et maledictionem mulierum in benedictionem conuertit. Unde dixit ei angelus Lu. j. Benedicta tu in mulieribꝫ. Item eaꝝ subiectionem in dominiũ cõmutauit. q2 ip̃a facta est regina angeloꝛuꝫ et dominũ. Unde in ea ṽificatum est illd̃. ij. Esdre. iiij. Opoꝛtet nos scire quia mulieres viris dominant̃. ¶ Tertio figurat̃ p̃ Martham/ que latine interp̃tat̃ martẽ tenens: q̃ dicebat̃ deus belli. Ip̃a em̃ gloꝛiosa ṽgo tenuit/ ligauit/ ꝛ ꝯculcauit martem. i. diabolum inimicum humani gener̃. sicut p̃dictũ fuerat Geñ. iij. Item Judicum. iiij. vbi dr̃: In manu mulieris tradet̃ Sizara. Ip̃a igitur benedicta ṽgo sola meruit recip̃e dei filium in vtero suo .quia de ip̃a dici potest illud Judith. xj. Non est inuenta talis mľier sup̃ terram in aspectu/ in pulcritudine/ ꝛ in sensu verboꝝ. Per ip̃aȝ igit̃ saluatoꝛ noster venit in castellum mundi vt sup̃biam rebellantium humiliaret: ꝛ duriciem obstinatoꝛum mollificaret: et immundiciã ad mũdiciam reduceret: ꝛ isti poꝛtas miscd̃ie ap̃iret: ac a vicijs absticere doceret: ꝛ ad p̃ximi dilectionem induceret: ꝛ ad diuinum timoꝛẽ ꝛ amoꝛem homines pꝛouocaret. Cui benedicto saluatoꝛi nostro fil' cum p̃ijssima matre sua sit infinita gloꝛia p̃ eterna secula seculoꝝ rum Amen.

Maria p̃ Marthã sigt̃.

¶ Incipit. X. pars huius s̄monarij / q̄d Marialē appellat̄: in q̄ tractat̄ de passione b̄tē v̄gis. s. gaudij et meroris. Et particulari ac p̄prio nomine a digniori parte Exultatio m̄ris dei nuncupat̄.

¶ De cōpassione p̄ijssime v̄gis ac d̄ planctu eius. ¶ Sermo .I.

a Dies tribulatōis z angustie dies hec. Esaie. xxxvij. Oēs dies hebdomade sctā m̄r ecclesia sic dispensat: q̄ dn̄icā diē sctissime trinitati / diem lune defunctis / diē marc̄ martyrib̄ et sctis oīb̄: l3 aliq̄ dicant q̄ pctorib̄ / diem v̄o mercurij angel' / diē iouis sp̄ūisctō / diem veneri passioni chr̄i / diem aūt sabbati b̄tē v̄gi Marie dedicauit. Istam aūt diem ipsi b̄ndicte m̄ri dei mult̄ ex causis appropiauit. Primo rōne requietionis. Sicē em̄ in die sabbati deus requieuit ab oī ope q̄d patrarat Geñ. ij. ita chr̄s intrans b̄tissime v̄gis vterū requieuit in ea. Nam sp̄ūssanctus in null'o sctōrum inuenit plenā requiem nisi in chr̄o z b̄tā v̄gine. q̄r in om̄ib̄ alijs sanctis saltem habuit repugnantiā pcti original' vel venial'. sed i chr̄o et m̄re eius null'am repugnantiā iuenit: z id̄o in eis p̄fecte quieuit. Et h̄ figuratum fuit Geñ. viij. vbi d̄r: q̄ columba de arca emissa nō inuenit vbi requiesceret pes eius / s3 reuersa ē in arcam. Et sil'r sp̄ūssanctus non inuenit in diluuio pctōr requiem nisi in maria. Si ḡ dies quo de⁹ cessauit a creatione rerū t̄palium sanctificatus est: q̄r summus opifex de⁹ suam operationem cōpleuit in eo. Lz op⁹ recreatiōis sit maius ope creationis: q̄r in recreatione de⁹ hō factus est: iux̄ illd̄ Jo. j Verbum caro factum est. Profecto etiā et multo magis debuit vnus dies hebdomade deputari ad recolendū h̄ mysteriū requietionis chr̄i in vtero v̄ginali ad honorē ipsi⁹ v̄ginis. Et q̄r sabbo iste b̄ndictus iesus q̄si ab oīb̄ opib̄ vacans cōpleta hūana redēptiōe z recreatiōe in sepulcro (vt. ī. dicet̄) requieuit. Ipa (q̄r sabbm interp̄rat̄ requies) ꝯuenient̄ talis dies deputat⁹ est ad honorē ipsi⁹ m̄ris dī De q̄ ip̄e inq̄t Ps. cxxxj. Hec requies mea in secl'm secl'i: h̄ bitabo q̄m elegi eam. Scd̄o h̄ factum ē rōne b̄ndictiōis: q̄r sic ipa dies sabbati fuit a d̄o b̄ndicta Geñ. ij. ita z b̄tissima v̄go fuit a deo p̄ omnib̄ b̄ndicta. Vn̄ illi dixit angelus ex parte dei. Lu. j. B̄ndicta tu i mulierib̄. P̄r em̄ eternus b̄ndixit eam accipiendo in sponsam: filius in m̄rem: z sp̄ūssanctus in suum sacrarium. Angelus q̄q3 nō solum in p̄sona dei: sed etiam ex parte oīm angelorum z cunctarum creaturarum eā b̄ndixit. Et id̄o sup illa v̄ba Lu. j. B̄tām me dicent oēs generationes. d̄t glo. Non solū create / s3 etiā increate. Tertio h̄ factum ē: q̄r sic sabbm est medium int̄ diē gaudiosum. s. dn̄icum diē: z diem dolorosum. s. feriam sextā: ita ipa v̄go est mediatrix int̄ deum z hoīem. Quarto rōne sepelitiōis: q̄r p̄ totum diem sabbi corp⁹ dn̄i i sepulcro sepultū iacuit. Die em̄ veneris in sero b̄tissima v̄go suo b̄ndicto filio (vt. ī. videbit̄) cū imenso dolore z lachrymis sepulturā impendit: z q̄n illd̄ sacratissimū corp⁹ p̄fecte in sepulcro reconditū fuit: iam incepat nox sabbi: l3 initium sepulture incepisset in fine ipsius diei sexte Et sic ad memoriā istarum exequiarum ad eius honorem sabbm fuit dedicatum. q̄r sic corpus filij sui illa die fuit in tumulo clausum: ita cor v̄gis fuit dolore ꝯclusum. ¶ Quinto h̄ fuit institutum rōne derelictionis. Nā fides chr̄i ab oīb̄ discipul' derelicta est. z h̄ die in ipa sola v̄gine p̄stitit / q̄ domi remāsit expectās resurrectionem filij. Sed q̄dam arguūt q̄ etiā alij habuerint fidem tali die. Nā Joannes etiā ip̄e secut⁹ est chr̄m ad crucē: z ibi manebat cū ipa v̄gine. Jo. xix. Itē credit̄ int̄fuisse sepelitioni christi cū ipa virgine. Cucurrit etiā cū Petro ad monumentū dn̄i. vt h̄r Jo. xx. Itē (vt d̄t Aug. sup Joan.) Petr⁹ q̄ negādo chr̄m fuit mortu⁹: plorando resurrexit z reuixit. Preterea Maria magdalena secuta ē dn̄m cū alijs mulierib̄ vsq3 ad crucē: q̄ scte mulieres sue sepelitioni int̄fuerūt: atq3 postea vnguenta parauerūt vt vngerēt corp⁹ iesu: z cum ipsis vnguentis p̄rexerūt ad monumētū. vt habetur Mat. xxviij. Mar. vl. Lu. xxiiij. et Joā. xx. et ꝯn̄r videt̄ habuisse fidem. Quib̄ r̄ndetur q̄ in sola v̄gine remāsit p̄fecta fides i passione chr̄i. Vn̄ sup illa v̄ba Joā. xiiij. Vt cū factū fuerit credat̄ / ait glo. In ap̄l'is null'a fides remansit in passiōe dn̄i. Et Aug. sup Joannē d̄t q̄ ap̄l'i nō solū carnē chr̄i reliq̄runt: sed etiā m̄ēt̄ fidē. Et Nico. de ly. sup. iij. sententiar. inq̄t: q̄ sabbo sancto tota fides in pectore v̄gis remāsit: et id̄o illi sabbm dedicatū fuit Et h̄ ostendit ecclesia in illis trib̄ diebus p̄pe pasca i matutino in. xv. candel' accensis: q̄ oēs extinguunt̄ p̄ter vnam alijs altiorem q̄ vsq3 ad finē remanet accēsa. Iste em̄ cādele significant. xj. ap̄los: et q̄ttuor Marias sc3 mariā magdalene / salome / alphei / z matrē dn̄i. Oēs em̄ hi erant tanq̄ cādele accēse p̄ fidem. Judas em̄ an̄ passionē chr̄i obscuratus z extinctus fuerat a chr̄i fide z amore Oēs aūt iste candele extincte fuerūt in passione chr̄i p̄ter ipam v̄ginē: in q̄ remāsit lumē fidei occultū. q̄d postea patefactū est ad oēs suo exēplo illuminandū. Propt̄ h̄ etiam in Missa sabbati p̄nisect̄ tract⁹ cū all'a. i. do-

Sabbatū Marie appropriat.

b

lor est de aplo⁊ incredulitate: ⁊ nihilominus gaudiū de marie fide ⁊ chri resurrectione. ppter h etiam in eadē missa omittit offerenda. q2 apli non erāt ɔuersi vt p verā fidē domino possent offerri ¶ Ad auctes āt ɔrias rndet: q triplex fuit gradus in negatione siue in credulitate aplo⁊. Prim⁹ q oēs fugerūt Matt. xxvi. Scds q vigore assumpto qdam eo⁊ secuti st eū. sic Petr⁹ ⁊ Joānes. sic de Petro ht Mar. xxvi. et Mar. xiiij. et Lu. xxij. et de eodē sil cū Joāne Joan. xviij. Tertius grad⁹ est q mortuo chro oēs incre duli effecti sunt: sola btā virgine imobili remanēte ⁊ ɔstātissima in fide. In medio autē gradu fuerūt Petr⁹ ⁊ Joānes ⁊ mulieres pdicte. Uel dicendū q secute sunt eū predicti apli ⁊ etiā mlieres: nō q hrent verā fidez de ei⁹ diuinitate: sz ex qdā amoris ⁊ dilectiōis cordial attractione ⁊ compassiōis affectiōe. O igit magnū feia⁊ pconiū vt in solo pectore femineo tota fides recōdita fuerit. Nā nālr natura feminea est fragil ad resistendū: mobil ad pseuerandū: et parui iudicij ad ɔsulēdū. De pmo. s. d ea⁊ fragilitate ht insti. qb alie. li. vel nō. §. j. De instabilitate ⁊ incōstātia ht. xxxij. q. vij. c. q ɔposuisti. et in. l. filia. C. d inoffi. testa. et in c. forus. §. j. d v. sig. et no. in c. de clā. despō. et c. vl. de pac. lib. vj. et xxxij. q. ij. c. mulier. ⁊ de frigi. et ma. c. vl. De ɔsilio āt ⁊ iudicio ea⁊ inutili vel nociuo ht i l. iij. C. de spon. et in. l. filia. C. d inoffi. test. Nunc āt triplicem defectū b. vgo abstulit a natura feminea: q in tolerātia passiōis ⁊ i cōstantia fidei ⁊ dilectiōis: ⁊ in pspicacia iudicij ⁊ actiōis qscunqz viros incompabilr excessit. Qd ptz ex eo q discipul p timore mortis fugientib ⁊ in fide vacillātib: ipa inconcussa stetit: ⁊ cōstātissima pseuerauit: ⁊ in oīcāu semp meli⁹ egit. Qd patz ex eo q salutē hūani generis magis fm rōnem voluit qz filij sui ab acerbissima pena libationez. Potius qz voluit eum pati asperrimā passionem qz hūanū gen⁹ etnā damnationē: vt in pnti sermone videbit. Un Ans. in qdam serm. ait: Debet q Maria merito laudari. q2 ipsa est dom⁹ firma: quā nec flumina / nec venti / nec imbres. i. varia genera passionū chri q irruerūt in eā subuertere potuerūt a fide: sumersis oīb alijs q ipm pu⁊ hoiem crediderūt: cū tot ⁊ tāta tāala crit pateret. Et Aug. inqt O btā maria qs tibi valeat iure gra⁊ ⁊ laudum pconia impēdere q tuo singulari merito mundo succurristi pdito? Quas tibi laudes fragilitas hūani generis psoluet: q tuo singulari cōmercio recupandi aditū inuenit? Sexto deputatū est ei sabbm rōne passiōis. Passio em scto⁊ eoipo die cōsecrari solet q mortem p chro suscipiunt. E iō eqssimū ēt illa dies vgi dedicet q p chro eius filio dilecto est passa. Sz die veneris sctā: ⁊ die sabbo passio ipsius vgis pdurauit: q illi duo dies deberēt eidem vgi dedicari. Uerū q2 eccla diē veneris passioni filij dedicauit: saltez die sabbi sue mris martyrio ⁊ passiōi debuit dedicare: in q indicibili cruciatu afflicta fuit: ⁊ ei⁹ aiam filial passiōis gladi⁹ ptrāsiuit: vt pdixerat ei sctūs Symeon Lu. ij. Un ipa dicere poterat vba themati nri. Sup qb tres ɔsideratiōes faciem⁹.

Prima dicet vitatis.
Scda causalitatis.
Tertia vo ⁊ vltima multiplicitatis.

¶ Pars. I. hui⁹ smonis / q dr vitatis.

Querit p expeditōe h⁹ ptis nūqd b. vgo tot ⁊ tātos dolores hūerit ex passione filij: tātūqz fleuerit sic de ea scribit ⁊ pdicat? Et rndent qdam nō bn intelligentes scpturas / nec pietatē vginis ɔsiderantes: sed de suo capite legē facientes q btissima vgo nō fleuit in morte filij / nec etiam doluit. Quā erroneā opionem suā conant palliare trib fundamentis. Et primo dicunt q ipa bndicta vgo nō erat sic religij femie ad lacbrymas pna. sed erat sapiēs ⁊ in oīb ɔformis voluntati dei. Un q2 sciebat q de⁹ ordinauerat filiū suū debere mori p salute generis humani: nō dolebat fm eos nec dolorē exterius ondebat: ne a voluntate diuina discordare videret. Scdo dicūt q ipa sacratissima vgo fuit plena charitate. ppter qd compat soli relucenti. Iux illd Ps. xviij. In sole posuit tabnaclm suum. Quapper ex charitate libationem hūani generis multum desiderabat. Sed non ignorabat hanc libationem p mortē filij sui debere fieri. g fm eos non dolebat: sed d morte ipsi⁹ filij exultabat. Tertio q2 sciebat mortem filij sui cito transiturā: ⁊ post triduū filiū suum de morte ad vitam glosum resurrecturum ⁊ postea in celū quadragesima die ascensu⁊ ⁊ indicibilē gliam pp tolerationem mortis consecutu⁊. Un istis consideratis: poti⁹ debuit fm eos gaudere qz flere: ⁊ ad mortē incitare filium suum. sic mr Machabeo⁊ hortabat ad tolerandū passionē filios suos. de q dr. ij. Machab. vij. Supra modum autē mat admirabilis ⁊ bono⁊ memoria digna q peuntes septē filios sub vnius diei tpe cōspiciens. bono animo ferebat pp spem quā in deum habebat. Et singlos eo⁊ hortabat voce patria fortiter repleta sapientia: ⁊ feminee cogitatiōi masculinū animū inserēs ⁊c. ¶ Sed iste rationes sunt friuole / vane / erronee ⁊ nulle. immo siqs eas pertinacit tenere

Triplex gd⁹ incredulitatis aplo⁊

B. Maria tātus doluerit et fleuerit sic scribit.

Illa opinio

velle(vt aliq̄ dicunt)hereticus putaretur. Q: fm sciū Bonauē.in.iij.dis.xvij.ar.j.q. j.ijsdem rōnib₉ posset ꝓbari cb̄m veraciter nō habuisse passionis dolorē.et sic euacua/ ret͂ tota nostra redemptio. Nam ⁊ cb̄s fuit sapientissim⁹ ⁊ p̄dicta oīa cognouit:et cum volūtate diuīa q̄d ad būanitatē se ꝑ oīa ꝯfor/ mare voluit.et tamē verissime in sensualita te sua doluit. Dico igit͂ fm sniām bti Tho/ me vbi s̄.et Scoti in eadē distinc.q.ij.ꝙ cō/ tingit acerbitatē doloris esse in sensualitate vl' in rōne.Fuerūt ḡ p̄dicta cōseruata in pte rationali ipsius virginis. Unde gaudebat quo ad ipsam rōnem. sed ꝑ hoc nō tollit͂ qn cb̄s et virgo sint passi in parte sensuali fm p̄dictos doctores. Habuit ḡ virgo bn̄dicta p̄dictas ꝯsideratiōes in rōne:conseruantes ipam in vera patientia:et conformantes ea diuine voluntati fm rōnem. Et inq̄tū ipsa considerauit fructū passiōis filialis.s.redē/ ptionem humani generis:contenta erat fm rationem ꝙ poti⁹ ipse sic mereret͂ q̄ȝ huma/ nū genus eternaliter ꝑiret.imo in pte superi ori rōnis in qua ipm fructū mortis filij sū/ me appetebat ⁊ desiderabat:etiam summe gaudebat:q: charitate plena. Sed ī pte in/ feriori ⁊ sensuali summe dolebat in corpe et aīa ex cōpassiōe filij sui:vt etiaȝ dicit doctor ⁊ theologus irrefragabilis Alexan.de Ales in.iij.pte summe.in tractatu de conceptione cb̄i.q.xvj.in rn̄sione secundi argumēti.Un̄ inq̄t Hieronym⁹ ad Eustochiū.et Richar/ dus de media villa in tertio.dist.xxxij.art. vij.q.iiij.ꝙ lȝ ipsa benedicta virgo nō fuerit corporaliter martyrizata:tn̄ tāta pena ⁊ an/ xietas eam cruciauit tpe passiōis filij sui ꝙ fuit plus q̄ȝ martyr.Et hoc p̄nūciatum fue rat Joel.ij.vbi d̄r.Sol vertet͂ in tenebras ⁊ luna ī sanguinē.Sol em̄.i.cb̄s qui ē sol iu/ sticie versus est in tenebras ꝑ mortem.⁊ lu/ na.i.ꝟgo Maria:versa est in sanguinem ꝑ compassioneȝ.Tanto em̄ grauius passa est ipsa gloriosa virgo q̄ȝ alij martyres:quanto suum martyriū fuit anie et spūs. Alioꝝ ꝟo martyꝝ fuit corporale.Ipsoꝝ em̄ martyruȝ corpora ptransiuit gladius materialis.bea/ tissime aūt ⁊ pijssime virginis animā ptrāsi uit gladius compassiōis. Unde quanto ani ma est nobilior corpore.c. si solite. de maio/ ritate ⁊ obedientia .ex.c. si habes.xxiij.q.iij. Tanto eius martyriū fuit acerbius:q: gla/ dius penetrans nobilius ⁊ delicatius subie ctū:maiorē causat dolorem q̄ȝ si penetraret subiectum minus nobile ⁊ delicatū.Et con/ firmat Nicolaus de Lyra sup.iij.sniaꝝ p̄di/ ctam conclusionem:dicens ꝙ beata virgo sustinuit in passione christi maius martyri/ um q̄ȝ aliq̄s martyr.Et mouet͂ hac ratione

Acerbitas doloris inest dupli͂r

Maria plus q̄ȝ martyr

Quia dolor passiōis oritur a lesione carnis cum pceptione sensus ⁊ redundat in animā. Dolor ꝟo compassionis orit͂ ⁊ incipit in ani/ ma:⁊ redundat in sensum ⁊ carnem.Quan/ to igitur aīa est potētior ⁊ magis dominans sup carnē:et caro delicatior ⁊ magis subie/ cta anime tanto fit maior redundantia. Et maior dolor est qui incipit ab anima q̄ȝ ille qui incipit a carne.Quia igit͂ ita erat in glo/ riosa virgine.ergo maior dolor fuit cōpassi/ onis in ipa q̄ȝ dolor passiōis qui est ex parte nature corruptibilis.Hec ille. Et Alexan.d Ales sup p̄s.lxxxviij.eādeȝ ꝟitatem affirmat: allegans Hierony.sic dicentem. Beata dei genitrix in ea pte passa est q̄ impassibilis hȝ Et ideo(vt ita fatear)q: spūaliter et atroci⁹ passa est gladio passiōis:plūs q̄ȝ martyr fu/ it.Et Bern.Beatam ꝟginem alloquens ait Cum impi⁹ crudeli lancea filij tui lat⁹ ape/ ruit ipsius aīa ibi non erat.sed tua plane auelli nō poterat.Tuā ḡ aīaȝ ptransiuit vis doloris:vt te nō immerito plus q̄ȝ martyrē p̄dicem⁹.¶ Si aūt q̄s querat:q̄re ipsa bn̄/ dicta ꝟgo in tātis doloribꝫ non est mortua: Rn̄det͂ ꝙ singulari dei priuilegio fuit ꝓser/ uata vt fides cb̄iana in ea conseruaret͂. Itē mult̄s alijs ex causis propter quas deus no luit eā mori cū filio:nec ascēdere cū eo in ce/ lū:sed dimisit eā in hoc mundo ꝑ mltos an/ nos post ascensionē filij ad celū. De q̄bꝫ di/ cemus in vndecima pte hui⁹ opis. ser.j.pte iij.Alia quoq; rōne probari pōt btām virgi nem multū doluisse in passiōe filij.maxime fundamento topico quod ponit ph̄s.ij.To/ picoꝝ dicens.Si de quo minus.ḡ et d̄ quo magis.Sed btissima virgo doluit qn̄ non habuit tantā causam doloris.s.qn̄ perdidit filium suū in hierusalem cū remāsisset in tē/ plo.Unde cum postea reperisset eum:dixit illi:vt habet͂ Lu.ij.Pater tuus ⁊ ego dolen/ tes q̄rebamus te.Et tamen(vt inquit Ori/ genes)nō credebat filiū suuȝ esse captū aut mortuū:sed dubitabat sibi factum fuisse ali quid quod ei displicuisset.et ideo ipm̄ ascen/ disse in celum.Quanto igit͂ magis creden/ da est doluisse tpe passiōis eius: Idē q̄q; ꝓ/ batur ꝑ illā regulā quā ponit Bern̄.in ep̄la ad canonicos lugdunenses dicēs.Qd pau/ cis mortaliū est cōcessum:nō est credendum beate ꝟgini fuisse denegatū.Imo ipa bn̄di/ cta virgo habuit oēs gratias et oīa p̄uilegia que fuerūt in alijs sctis.Si igit͂ alicui mor taliū concessa est gratia dolendi de passione filij dei ⁊ ei compati:pfecto excellenti⁹ ē col/ lata sue matri.Sed btūs Joannes de alfer na ordinis nr̄i tantam gr̄am habuit:ꝙ dum videbat christum in cruce:lachrymas conti nere non valebat.Sil'r beatus frater Jaco

D Quare Maria nō moriebat͂ ī tantis doloribus.

ponus de tuderto etiã ipe ordinis nri audiens legi euãgeliũ passiõis chri: nõ solum lachrymas emittebat sȝ etiã a suspirijs ꝛ magnis clamoribꝰ nõ poterat abstinere. Unde ꝓpẽ hoc exiẽs de eccl'ia currebat ad cellam vt ibi amarissime defleret passiõẽ chri. Seraphicꝰ quoqȝ Franciscꝰ ex abũdantia lachrymarũ: et dolore passiõis dñi emissarum: cecitatẽ oculorum icurrit. Si igitur isti solũ imaginẽ seu similitudinẽ crucifixi aspiciẽtes. vl' passiõẽ eiꝰ nominari audiẽtes: seu eã meditãtes iã pteritã tãtũ dolebãt et amarissime flebãt. qd facere debebat pia mr eiꝰ ipm filiũ suũ in cruce positum ꝛ cruciatũ: occisumqȝ intuendo? Nũqd ipa minorẽ habuit amorẽ et cõpassionem filio suo qȝ extranei? O crudelitas maxima eorum q negãt pietatẽ ꝛ cõpassiõẽs vginis bndicte. Quid dicã ð illo q i smõario cuiusdam scti qui pdicabat egregie de doloribus vginis interseruit opinionẽ hãc erroneã cũ allegatiõibꝰ nõnullis: ꝛ eidem sctõ attribuit? O obstinata malicia ꝛ durissima ceruicositas. Certe sic vere ꝯcludã. Impugnator cõpassiõis mr̃is dei. Aduersariꝰ inocẽtie ꝛ puritatis eiꝰ. Derisor seu detestator euangelice paupertatis. Destructor ꝛ isectator operum pietatis. Inimicꝰ gl'iosi nõis Jesu. ꝛ ꝑsecutor pciosissimi sanguis dñi nr̃i Jesu chri. qd est aliud qȝ pcursor antichri. ꝛ corruptor chrĩane deuotiõis ꝛ fidei. O ꝑuersa rabies. Nam adhuc nõ sunt quiquagita anni q in qdam ciuitate lombardie: dũ qdam pdicator de planctu vginis pplo pdicasset: quidã cõpassiõis et pietatis eius aduersarij: ipm pdicatorẽ qsi hereticũ dẽmõstrare conati sunt: sed cũ i disputatiõe remãserũt cõfusi. Si qs aũt cõtra me insurgere temerarie ausus fuerit: qr pietatem mr̃is dei pdicem. spero verificabitur visio illius deuoti vsificatoris q metrico sermone vulgari ait. Jo vidi vn coruo vlato a lo macello molto terribil. Il becho isanguinato longo e acuto a modo de coltello. Contra il colũbo leuat ifuriato. Ma di che molto fui mara veliato Da poi vidi el mãsueto vcello. Da capo a pedi molto ben armato. Quello animale bruto nigro e fello Soto li soi pedi hauer gitato. Unde il precone de le mal nouelle Da lui essẽdo tuto spilizato De be di gratia de saluar la pelle. Ese partite tuto vergognato. Sȝ reuertẽdo ad ꝓpositũ nostrum dicit Damascenꝰ sup Lucã. Dolores quos vgo effugit pariẽs: hos in passiõe chri sustinuit. Et Ber. inqt. Fugientibꝰ apostol'i in faciẽ filij se opposuerat mater. ac gladio doloris eius aie infixo vulnerabatur spũ ꝛ cruciabatur affectu. Et qd i carne chri agebãt claui ꝛ lancea: hoc in eius mẽte faciebat cõpassio naturalis ꝛ affectiõis materne angustia

Inuehit ꝯ qsdam

De lachrymis etiam ipsiꝰ vginis loquens Ansel. in qdam sermone: ait. O dña quos fontes lachrymarum dicã erupisse de pudicissimis oculis tuis cum attẽderes vnicum tuum filiũ innocentẽ coram te flagellari: ligari: macrari: et carnẽ de carne tua ab impijs crudelit dissecari? Mgr qqȝ Jacobus de Voragie ordis pdicatorum in smone de planctu b. vgis ait. Maria stabat iuxta crucẽ lachrymis plena et doloribꝰ imersa. Et in eodẽ smone allegat pdictã auctoritatẽ bti Anselmi. Idẽ qȝ doctor in ope suo de btã vgine qd incipit. Cogitaui dies antiquos. in verbo mare: dr. q mater di appellat Maria amari: qsi amarum mare. qr sicut in mari est amaritudo aquarum: ita in ipa fuit amaritudo dolorum in passiõe filij. Et ibidẽ etiam dr: q dolor ipsiꝰ vginis causatus ex filij sui passiõe fuit magnꝰ tripl'r. s. intensiue: qr vsqȝ ad aiam penetrauit. Lu. ij. Tuã ipsiꝰ aiam ꝛc. Fuit magnus extẽsiue: qr p dies qttuor cõtinuos se extendit. Nam incepit eiꝰ dolor feria quarta: qr tunc mors chri fuit tractata ꝛ firmata Et continuatꝰ fuit in qrtã feriã. qr tunc i sero fuit captꝰ: collaphizatꝰ: ꝛ illusus. Continuatꝰ etiã fuit vsqȝ in feriã sextam. qr tũc filius eius fuit crucifixꝰ. Itẽ vsqȝ ad diẽ sabbati. qr tũc i sepulchro fuit clausus. Fuit qȝ magnꝰ ostensiue. qr dolorẽ suum ostẽdebat ꝛ manifestabat singultu cordis: abundãtia lachrymarum: voc' clamorose ꝯqstione: pectoris tunsione: ꝛ manuum allisione. Hec ille. Que ego fidel'r extraxi ad l'ram in libro antiqȝ ꝛ mebrãnis scpto. Et iã nos ð b. vgine lachrymãte amarissime in nocte passiõis filij sui bñdicti dicere possumꝰ illð Thren. j. Facta est qsi vidua gẽtiũ. Plorans plorauit in nocte ꝛ lachryme eiꝰ in maxillis eiꝰ. Nõ est q cõsolet eam ex oibꝰ charis eius. Item ipsi pijssime vgini dicere possumꝰ illud Thre. ij Cui comparabo te: vl' cui assimilabo te filia hierl'm: cui adeqbo te: ꝛ cõsolabor te vgo filia siõ? Magñ ẽ velut mare ꝯtritõ tua. Quis medebit tui? Deduc qsi torrẽtẽ lachrymas. et p diẽ ac noctẽ non des reqem tibi: neqȝ taceat pupilla oculi tui. Ipsa vgo rñdere põt illud Thre. j. Sũmersum est cor meũ in me metipa: qm amaritudine plẽa sũ. Predictus etiã mgr Jacobꝰ de voragine in predicto smone de plãctu vgis in exor. inqt. Tanta est pietas huiꝰ vgis mr̃is non solũ erga filiũ naturalẽ: iuxta cuiꝰ crucẽ stabat: Lu. xix. sȝ ꝛ erga filios suos adoptiuos tanta facultas impetrãdi q velit apd deũ patrẽ vt sermocinãtes qqȝ nutrices pplorum nõ aliũde cõfidãt lac doctrine p eos ꝓpinãdũ nisi merit' eius ꝛ pcibꝰ ꝓcuratũ. Ad qd efficiẽdũ cithara dulcissone salutationis ad eam vtunt. Sed cõ

E

Dolor vginis fuit magnꝰ triplicit

Circumspecte loquatur

F

suetudo ecclesie cũ de passione filij eius Jesu est s̃mo p̄dicãti dicere videt̃ illd q̃d Heliseus p̄pha ait Giezi discipulo suo de sunamite morte vnigẽiti sui deplorãti. iiij. Reg. iiij. sc3. Dimitte eã: aĩa em̃ eius in amaritudine ẽ. q̃si diceret. Nõ salutes eã. nã citbara illa angelice salutatõis in luctũ v̾sa apparet Nã quõ Aue ei dices: ab a q̃d est sine: et ve: deriuatũ: que dolorib9 plena ẽ: vt dicere valeat illud Michee. Ue anime mee: qa defecit timorat9 a terra fili9 meus quẽ impleuit spirit9 timoris dñi. Mariã apte nũcupare non possum9 put dña vel illuminatrix iterp̃tat̃: cum satis obscura q̃si luna eclipsata inueniatur. Nolite ḡ vocare me Noemi.i. pulcra3 sed vocate me Mara.i. amarã. q2 amaritudine repleuit me dñs. dicere põt cũ illa Noemi q̃ de felicitate ad infortuniũ deuenerat Ruth.j. Nam nõ grã plena sed vacua indicor hodie. Flecto ei genua mea ad patrẽ dñi mei Jesu vt misereat̃ filij cõmunis: et ñ me audit. Dep̃cor ipm filiũ: vt suis v̾bis melliflui me cõsolet̃. et mihi nõ loquit̃ nisi illd: Ecce fili9 tuus. Q̃d v̾bũ vt gladi9 ptrãsiuit animã mea3: cũ p magistro 2 filio mihi dat̃ discipulus. Judeis supplico vt amodo cõpatiant̃ filio meo: 2 ipsi ɔtumelias et subsannationes adiũgũt. Mortẽ inuoco vt post filiũ supstes nõ remanea3. et fugit a me. Juxta crucẽ sita ad ip̃a3 clamo. Flecte ramos arbor alta: tensa laxa viscera vt deosculer filiũ meũ. 2 rigida ac imobilis p̃seuerat Dñs tecũ. vtiq3 in me vsq3 nũc dñs filius fuit mecũ. me cõfo:tãs: me reficiẽs. et ego secũ ipm sequens: v̾ba ei9 dulciora sup mel 2 fauum audiẽs: miracula ei9 videns: 2 gl'iam dei ex eius opib9 magnificari p̃spiciens. Nũc autẽ me reliq̃t: aĩam a corpe egredientẽ p̃ri recomẽdans. Bñdictã me in m'ierib9 angel9 dixit: que nunc infelicior cũctis m'ierib9 inuenior. Nã que mr̃ vnq̃ fuit que in p̃sentia filij constituta angustijs 2 afflictionib9 circũdari nõ valuit vel in aliquo refrigerium illi prestare? Audio eũ ad mortẽ vsq3 sitientẽ ex maximis penis: et nec potũ a q̃ frigide porrigere ei valeo. sed video spongia3 aceto plenã 2 felle ad os eius apponi. Etsi felix fui et bñdicta in mulierib9: in partu ei9 nõ sentiẽs dolorẽ: nunc mihi video reseruatos 2 adauctos cruciatus: qm̃ nulla mr̃ tantũ dolore3 vnq̃ sensit in partu filij sic nunc ego in passione chr̃i. Sed nec martyr aliqs vl' aliq̃ in suis varijs cruciatib9 vnq̃ tantã penam ptulit vt nunc ego. Est ne bñdictus fruct9 vẽtris mei Jesus: cui oẽs maledicũnt iudei et gentiles? Unus cum appellat malefactore3 Ali9 seditiosum. alter blasphematorẽ. multi ambitiosum 2 regnũ vsurpare volentẽ. reliqui mendacẽ aut seductorẽ: vt vermis 2 non homo: opprobriũ hoim 2 abiectio plebis est effect9: q2 2 s̃m legẽ maledictus ois q̃ pẽdet in ligno.i. ĩfamis. Ex q̃ ḡ in luctũ cõuersa apparet citbara illa angelice salutatõis: dimitte eã: nec salutes. sed nihilomin9 cũ ea iuxta crucẽ maneas: ip̃am meditãdo: ip̃am adorãdo: ip̃am salutãdo: 2 ei9 auxiliũ implorãdo Hec mgr̃ Jacob9 vbi s̃. ¶ Cui9 v̾ba sũt verissima: et ego expientia teste pbaui. Nã cũ q̃dã die vener' scti b̾em pp'o p̃dicare d̃ passione dñi nr̃i Jesu chr̃i: vellẽq3 ex more beate v̾gis auxiliũ implorare: apparuit mihi ñ visione imaginaria: sed in forma visibili corporalib9 ocul' q̃dã vestit9 more p̄phetico: indut9 nigris vestib9: barbã hñs. canã vsq3 ad cigulũ: q̃ videbat̃ Hieremias p̄pha. 2 intelligẽs d̃siderium meũ ĩpellãdi sacratissimã v̾ginẽ: dixit mihi hec v̾ba. O fili mi noli molestare v̾giem mariã Noli acceder̃ ad eã p adiutorio: q2 plena ẽ melancolia lacbrimis eã balneatã 2 intictã madefactãq3 inueni: cõpleta ẽ p̄phetia trenor3 q̃ dic eã manere q̃si viduã dñam gẽtiũ hodie filio suo puabit̃ p iniquã 2 obstinatã gẽtẽ. ppterea cũ sit tãta tribulata 2 repleta angustijs crudelitas esset eã molestare S3 si eã vis alloq̃ 2 nõ desistere veniã tecũ te sociãdo quẽ vis dubito dolorẽ in aĩo eius augmenta. Quib9 dict' vidẽs q̃ ego volebã adire ip̃a3 b. v̾ginẽ: apphẽdit me p manũ 2 duxit corã imagĩe ipsi9 v̾gis q̃ erat vidualib9 vestimẽt' ĩduta ac mesticia plẽissima dolorib9q3 q̃si deficere videbat̃. Ad cui9 pedes ego ptin9 p̃strat9 dixi. Quia vos video afflictã 2 replerã dolorib9 veni ad sociãdum 2 v̾ro pticipare dolore 2 vos ɔducere ad mõtẽ caluarie 2 ibidẽ vobiscũ cũ amaritudie cordis lacrĩare Et si necẽ fuerit vobiscũ martyrisari Sed pp'o isto fidel'r passionẽ filij v̾ri vellẽ intimare s3 de est mihi corpal' fortitudo q̃ ppt̃ cordial'r vos rogo vt me parũ i hac alta materia 2 excellẽti adiuuare velitis. De si mirabili cosa predicare Tunc illa alta suspiria 2 gemitus emittens Tandem visa est mihi i hec verba mdisse. Ex quo nõ possũ hodie pro liberatione filij mei gratiam inuenire: quomodo possum tibi succurrere? Ubi ẽ discretio tua? vbi est prudentia? vbi est sapientia tua? qui deberes mihi compati et cõdolere: per me vis gratiam inuenire. Noli noli in auribus huius infelicissime matris hodie salutationem angelicam personare q̃ tali die mihi in amaritudine tota est conuersa. Nõ igitur mihi dicas Aue id est sine vesum em̃ tota plena dolorib9 ppt̃ passionẽ filij mei. Uñ v̾e dicere possũ illd Threñ.j. Po

Refert auctor d̃ se visionẽ q̃nda3 q̃ nõ debeat virgo saltari cũ passionẽ chr̃i p̃dicamus

fuit me.s.mors filii mei desolatam, tota die merore cōfectā. Et illud Job.xxx. Versa est in luctum cithara mea. et organū meū in vocem flentiū. Ne dicas mihi Maria id est illūinata. quia hodie sum lumine ꝑuata. ita vt dicere possim illud Threñ.v. Mestū factum est cor meū. ideo cōtenebrati sunt oculi mei. Nō dicas gr̄a plena. Mea enī gratia cōsummata fuit in duodecī stellis de q̄bꝫ Apoc.xij. dr̄ In capite eius corona stellarū duodecī. Mo dic vero possum dicere illō Threñ.v. Cecidit corona capitis mei. Nō etiā dicas: dñs tecū. quē tāgere nō valeo. Propterea dicere possum illō q̄d i eodē c. scptū est. s. Defecit gaudiū cordis mei. Nō dicas: bñdicta tu in mulieribus. nā hodie pre omnibꝫ mulierib' maledicor. Uñ dicere valeo illō Esa.lij. Nomē meū tota die blasphemat. Ne dicas: bñdictus fructus ventris tui qui ab oībꝫ maledicitur: accusatur: cōspuit et flagellat. Uñ verificatur in eo illud q̄d Esa.j. scptū est. Blasphemauerūt sanctū Israel. Quapropter dicere potest illō Threñ.iij. Factus sum in derisū

B omni populo. canticū eorū tota die. Hec illa. De doloribꝫ etiā virginis loquēs deuotus Ubertinus de casali. lib.iiij.c.xv. inquit. Cogita q̄ntū potes q̄nta fuerit in corde virginis dolorū mensura. Nulla enī ratio fuit in corde virginis nō solū que minueret: sed nō augmentaret huius doloris virtutē. quod si mens tua sp dei diminuēs bōa: dicat quod nō debuit tātum dolere cū sciret christū ista pati volūtarie. et se ipsum si vellet de morte et de pena posse redimere. Sciret etiam quod omnes electos de infernali gehēna sua liberaret morte. et quod sicut dei filius tertia die debebat resurgere et ex ista morte a deo patre debebat accipe nomē super omne nomē. quo in noīe eius flecteret omne genu. celestiū. terrestriū et infernorū. et nō solū ipsi Jesu: sed etiā propter ipm ipsimet virgini eius matri. Aduertas carnalis aīa quod hec oīa dolorē pietatis materne multiplr augmētabant. Et istorū etiā respectu dolorum aculeis amplius pungebat. ¶ Ad quorū euidentiā nota duplex fore genus dolorum. Quidā manātes ex impatientia et desperatiōe mentis a deo. et ex cōdescēdentia odij in proximū. q̄bus aīa inabyssat in angustia quod de deo vel de proximo se vindicare nō potest. et quod velit nolit penas oporteat sustinere ab eisdē. Isti sunt dolores infernales et prophani. q̄ solū reprobis reseruant: nec infligunt electis nisi inquātū ad tēpus pro suis peccatis illi impie ciuitati iūguntur. Absit aūt talis dolor a christo et a corde materno: et ab omni eius electo. nunq̄ enī de hoc dolore vel modicū degustauit. Est aliud genus dolorum q̄d ex cōplacētia volūtatis assumit. Et sm virtuales reglas ab eterno in

Duplex genus doloris

fluentia dei in electorū mentibꝫ mensuratur. Nec istius doloris posset vnā stillā habere creatura aliq̄ in seipsa. Est enī ex spūsancti influxu agitātis mentē ad dolendū q̄ntum dolere debet. Et sicut iste dolor est semp virtuosus: ita est sp volūtarius. et q̄nto magis est voluntarius: tanto magis est intensus. et q̄nto magis est gratia in anima: tāto est magis voluntaria ad augmentandū in se oēm virtualē dolorem. Uñ et dolores ineffabiles corpis Jesu a gr̄a vnionis sumpserunt sue immēsurabilitatis augmentū. Uñ et ab aliq̄bus dr̄ quod illi dolores fuerunt in corde Jesu a diuina sapia dispensati. Quod sic ego intelligo quod diuina sapia vidēs infinitatē culparum offensionis: vidit quantum dolorē requirebat plena et abūdans satisfactio eorundem. Et quia nulla creatura tantā poterat in se dolorum mensurā nisi p vnionē diuini suppositi dilatare in sūmo: ideo statuit hoiem assumere in vnitate psone. et ex tali vnione illam dilatare assūptā naturā ad illius inextimabilis mēsurationis receptādā capturā. vñ oia obiecta occurrentia aspectui mentis christi nō debuerūt eius virtuosum dolorē diminuere: sed augmētare. Tantū enī dolorē debuit christus assumere et tantū sibi debuit diuina sapientia infūdere q̄ntum sufficeret ad pdicta oia bona conq̄renda ex eius passiōe. Et ideo si iste nō fuissent subsecute gr̄e de sua morte: nunq̄ voluisset nō solū tantū dolere: sed etiā nihil tolerabile assumpsisset. Quāto autē ipse videbat vicinius resurrectiōem instare: tanto sciuit quod tpe passiōis ampliorem oportebat angustiā assumere: vt posset illorum dolorum a diuīa sapia dispositorum exigēte iusticia immēsurabilē mēsurā adiplere. Ex quibus aliq̄lis pōt videri quō dolores christi inextimabiles fuerunt. Uñ et rōnes cōtradicentiū: phantasmata sunt errātiū: et ignorantiū dolorum in Jesu radicē et cām. ¶ Sic ergo fuit i christo hoie: sic et in ipsius reuerēdissima mre: quod ad illā immensurabilē mēsurā dolorum Jesu sup oēm creaturā spūsancto influente accessit q̄ntum status materne puritatis: dignitas participij Jesu: et nature cōsortiū requirebat. Uñ cū isti dolores sint radix oim virtutū reducte p' deriuationē pcti: nulli dubiū est quod in mētes humanas infundit sola īfluētia spūsancti. Et quia fundamētum et radix ois gr̄e et meriti est dolor cordis et corpis crucis christi iesu: ideo beatam virginē tantū repleuit in summo de christi doloribꝫ q̄ntū nō pōt cape omis creatura maternali flatu nō euecta. Mō cogita et mensura mētē virgineā et aliq̄ntulū nauiga i latissimo mari oceano amaritudis dolorum viscerum maternorum. Et cū isti dolores i amorē fūdat: oēs ratiōes itēdētes amorē: itēdūt nō dubiū pariter et

Dolores christo fuerūt a deo dispēsati

Dolor virginis p christi dolorem fuit maximus

dolorē. Et sicut nō minus dilexit chr̄m: quia
sciuit eū esse filiū dei de se naturalr̄ genituȝ:
ita nō minus imo inextimabilr̄ plus dolu-
it: q2 vidit filiū dei sic horribilr̄ tractari: vi-
lificari: ꝛ occidi in assumpta ꝛ de suis visce-
ribꝫ ꝯcepta natura. Et sic nō est minꝰ diligen
dus dei filiꝰ: q2 ista vidit ꝑ nr̄a redēptiōe eē
assumēda: ita sibi magꝭ est condolēdū. q2 sic
puluerib⁹ maculari. Prerea in c. ij. d custo. eucha. pcipit vt eccl'ie materiales fuent nitide: ita vt resplendeant. et ibi etiam dr q nimis absurdũ videt in sacris sordes negligere q̃ dedecerent etiam in prophanis. In eod etiam. c. repbendunt clerici tenentes corpalia seu vasa ecclesiastica immũda. Corp⁹ igitur vgis cũ sit deo eternal'r dedicatum sup omnia corpa: nunq̃ debuit aliq sorde maculari: sed ei summus decor et reuerẽtia deputari. Nõ g iacet sub tre puluerib⁹ / s; gloriosum venerat in celi splẽdorib⁹. Et hãc rõnem tangit Aug⁹ vbi s dicens: Thronũ di / thalamũ dei / tabnacl'm chri / dignũ est ibi esse vbi ipe est. Tam pciosum thesaur dign⁹ est suari in celo q̃ in tra. ¶ Sexto idem pbat rõne figurationis Ut enim s declaratũ est in exordio huius smonis. Per arcam testamenti figurat brã vgo. Cum igit pcepit deus Exo. xxvj. q arca testamenti intꝰ ꝛ foris tota deauraret: ꝛ esset de lignis imputribilib⁹. Profecto significauit q virgo gl'iosa arcanor dei 9tentiua nũq̃ putresceret: nec corpus eius incineraret: sed tota deauraret intus in anima et ex in corpe p glificatiõnẽ. Quam qdem arcam deiferam vidit beatus Joãnes euangelista in spũ dum eẽt in insula pathmos. Uñ dixit Apoc. xij. Apertum est templum dei in celo: et visa est arca dei in teplo. Hanc q; arcam puidit in spũ Dauid pha dbere tsurgere / cũ dixit dño Jesu chro Ps. cxxxj. Surge dñe in reqem tuam tu et arca sanctificationis tue. ¶ Septimo idem pbat rõne vnionis. Caro enim vgis et caro chri / est quasi vna et eadem caro. vt ait Augustinus in ser. Assumptionis dicens: Caro iesu chri / caro ẽ sancte vgis Marie quã sup astra trãsuexit: honorãs oẽs hũanã nã; ꝛ multo magis maternam Hec ille. Cum g vt dicunt phi: Ignis de sua natura congreget homogenea et disgreget eterogenea: nõ est dubitandum q ignis diuinus q fecit q beata vgo esset vnum cum chro in terr: fecit etiam vt illi coniungeret in celis. Et hãc rõnem tangit Augustinus in smone Assumptionis dicens: Putredo et vermis sũt opprobrium humane 9ditionis. a q opprobrio cum chrs alien⁹ sit marie quoq; natura excipit quam Jesus de ea assumpsisse pbat. vt quo fert vna pars / ferat ꝛ aliqua. Et Chrysostomus inqt: Si pars ẽ cũ chro: ꝛ ps cũ vgine. quõ illud sacrum de quo chrs carnẽ et naturã humanã assumpsit tradidit corruptioni: Et Aug. vbi s iterum dic: Quantũ intueor ꝛ quantũ video quantumq; intelligo Marie anima fruit christo ꝛ possidet in chro corp⁹ qd genuit. Cur g non etiam possideat illud p quod genuit. ¶ Octauo idem p

batur rõne filiatiõis. Nam chrs etiã nũc dr vere filius vgĩs/ g vgo est. Nam ab eo qd ẽ vl non est dr oro vera vel falsa.i.periher.sz correlatiua posita se ponũt z perempta se pimũt. vt ait Arist.in pdicamento ad aliqd.z notãt legiste in.l.fi.C.de accepti.g vgo maria nũc vere dr z est mr chri:sed anima eius non est mr chri:cum aia nõ sit ex traduce.vt probat magr in.ij.sen.dist.xvj.c.vl.nec anima sola sit psona fm Alex.de ales in.iij.pte summe in tract.de assumptiõe hũane nãe.q.vj.vbi dic mgrm in h non dixisse vez in.iij.dist.v. vbi ait animã solam eẽ psonam.quem etiã reprobat sanctus Boñ.in.iij.dist.vl.in qstionibz circa lram.z Scotus in.iij.disti.j.in pma qstione.Si g anima non est psona nec hõ:pfecto anima vgis non homo nõ pot dici mr naturalis chri homis. Non etiam caro sola ipsius vgis pprie pot dici mr chri cũ homo mortuus nõ sit hõ fm theologos cõmunit in.iij.dist.xxij.qui reprobãt ibi magistrum.Si g vgo Maria vere mr chri est et appellat de pñti vt quotidie eam nomiat ec
L clesia.sequit q vere ɔiuncta est aĩa ei9 cum suo corpe:z sic est beata in vtroqz. ¶ Nono idem pbat rõne pfectionis. In ipa em vgie est omis pfectior beatitudo pfecta.vt dr ipa canit ecclia. Cum igit omnis pars sit impfecta ex suum totum.vbi ait Phs.v.meta. et.iij.Phys. Si anima btẽ vgis necdũ assũpsit suum corpus:necdum hz oẽm pfectiõez seu essendi modum. Cum aũt angeli omnẽ suã in essendo pfectionem habeant min9 essz pfecta ipa beata vgo qz angeli/ qd est inconueniens.Et hanc rõnem tangit Magr i.iiij dist.xliij.loquens de impfectione animarũ separataz.Et allegat Aug.sup Gen.ad litteram.lib.xij.circa finem/di. Sidqs qrat qd sit opus spiritibz defunctoz sua corpa in resurrectione suscipe: si eis põt sine corpibus sua beatitudo pberi:difficil est questio Nec põt a nob pfecte diffiniri zc.z tandẽ concludit dicens:qz in eis est natural qdam appetitus corpus ministrandi:quo retardant quodãmodo ne tota intentione pgant in illd sũmũ bonum donec ille appetitus cõquiescat Et h non solum dicit Aug9 vbi s. sed etiam Bern.in lib.de diligendo deum. Si g ania vgis nondum habet suum corpus/ nondũ habet totalem z pfectissimã btitudinem / et necdum videt deum ita quietato appetitu si
M cut vident angeli/ qd esset valde absurdum.

¶ Decimo idem pbat rõne cõmunicatiõis Imperator em cõmunicat sua puilegia imperatrici.l.pnceps.ff.de legi. Cum g ipe resurrexerit gl'iosus.vt pz Marc.z Mat.vl.c. g et imperatricem vginem.s.gl'iosam debuit resuscitare z in celum secũ assumere. ¶ Undecimo idem pbat rõne collocatiõis. Loc9 em debet esse pportionatus locato.et econtra:Sapiens g locat res in locis sibi ɔueniẽtibz fm eaz dignitatẽ.qd obseruauit deus q omnia in sapia fecit.vt inqt Ps.Ita em ordinatissime collocauit omnes creaturas q quelibet habz locum sibi ɔuenientem. Res em dignas in loco digno posuit. Digniores aũt in honorabiliori.vt patz discurrẽdo machinam elementarem et celestẽ. Cum igitur post sacratissimũ corpus dñi nri iesu christi: nll'm sit dignius corpe sacratissime vgis matris sue.sequit q sic corpus chri collocatũ ẽ in cel:ita et corpus sue dignissime mris: vt ait Augustinus in fmone de Assumptione vgis.Et quasi omnes pdictas rõnes tangit idem Augustinus vbi s di.De sanctissimo corpe ppetue vgis Marie eiusqz sacre anime assumptione loqui incipientes hoc ipm dicimus:q in scpturis postqz dominus eã i cruce discipulo cõmẽdauit nihil de ea repit preter qd Lucas in Actibz aploz cõmẽorat dicens: Hi omnes erant pseuerãtes vnanimiter in orone cum Maria mre iesu. Quid g de morte/ qd d eius assumptione dicendũ est vbi scptura nihil cõmemorat nisi qrendũ rõni qd ɔsentiat vitati: fiatqz rõ ipa vitas sine qua nec valet auctoritas? Si g btãm virginem dicimus resolutam in cõmunẽ putredinem:vmem ac cinerem:deliberandum est si tante ɔueniat sanctitati z tante aule dei progatiue. Scimus em dictum pmo parenti: Puluis es et in puluerem ibis. Hanc cõditionem caro chri euasit q corruptionẽ nõ sustinuit. Excipit g ab illa generali sentẽtia d vgine sumpta natura. Mulieri qqz dixit deus: In dolore paries.sed ipa vgo sine dolore genuit. Ipa g excipit a qbusdam generalibz:quam tanta attollit dignitatis prerogatiua. Si g eam dicimus adhuc mortis vinculis retineri: nunqd impium erit? Si voluit dominus integram mrem vginitatis seruare pudore.z cur non velit incorruptũ seruare a putredis fetore? Tantam g integritatem merito incorruptibilitas non putredis vlla resolutio sequit. Illud sacratissimũ corpus in escam vermibus traditum sentire nõ valeo/dicere pertimesco.quam extimationez pcul pellit incomparabilis gre munus qd suscepit. Confitendum igit censeo Mariaz ad eternitatis gaudia assumptã benignitate chri: honorabilius qz susceptam ceteris quã gra honorauit p ceteris/ atqz ad cõmunẽ humanitatẽ non esse adductam post mortẽ putredinis: vicz vermis et pulueris: que suũ z omniũ genuit saluatorem. Chrs igit letari facit Mariam in anima et corpe nec vllam seq corruptiõis erumnã quam nll'a secura ẽ

N
Loc9 arguit caz eẽ assumptã.

in pariendo filium integritatis corruptio: vt sit semp incorrupta quam tanta pfudit gr̄a vt integrit viuens oīm genuerit integrā vitam. Hec ille cum multis alijs pbationibus quas breuitatis cā h ptransco. ¶ Duodecimo idem pbat rōne ꝟginal' conditionis que requirebat eam assumi in anima ⁊ corpe ⁊ nō in cinerē conuerti. Fuit em̄ in ea magna dignitas Et maxime qntuplex. Prima: quia mat' fuit chr̄i deifera. ⁊ iō debuit venerari. vt s. pbatum est. Videmus em̄ q chr̄s totus voluit esse mr̄is sue. q2 p̄rem carnalem noluit hr̄e. voluit etiam mr̄em totam eē suam quā alios filios noluit generare. Qui g̃ eam noluit cōicare homini: nunqd eam cōmunicabit ꝟmibus? Et q ex ea noluit generari filios: nūqd ex ea voluit gnāri ꝟmes putridos? Sciebat em̄ q dedecus filij est parēs sine honore Ecci. iij. Scd̄a dignitas est: q2 fuit chr̄i fidelis ministra. et iō debuit exaltari / dicente dn̄o Joan. xij. Vbi sum ego illic et minister meus erit. Ministrauit em̄ ei ip̄m concipiēdo / in vtero gerendo / pariendo / in presepio reclinando / fouendo / nutriendo / in egyptū deportando / ⁊ inde reportando / oēmq3 eius infantiā pio mentis affectu psequendo / ⁊ vsq3 ad crucem ab eo nō recedendo / et nō solū eū sectando pedum gressu: sed etiam imitationis effectu. Fuit g̃ fide ⁊ ope chr̄i ministratrix. ⁊ vsq3 ad eius mortem deuota fuitrix. Et iō inqt Aug⁹ in q̄dam ꝟmōe. Si vbi chr̄s ministros suos eē vult: ip̄a non est / vbi g̃ erit? Et si ibi ē nunqd gr̄a pari? Et si eq̄li gr̄a: vbi est eq̄ dei censura / q̄ reddit vnicuiq3 fm merita? ¶ Tertia dignitas est: q2 fuit vestis chr̄i deaurata: et ideo debuit integra reseruari. Vn̄ Aug⁹ in ser. assumptiōis inqt: Si elegit diuina voluntas inf' ignium flāmas puerorum vestimenta ꝟuare illesa. vt hr̄ Dan. iij. Cur abnuat in mr̄e ppria qd̄ elegit in veste aliena? ¶ Quarta dignitas est: q2 fuit dī arca sanctificata. et iō debuit in templo celesti collocari. Vn̄ Damas. in ꝟmone assumptionis dic̄: Hodie ꝟgo celesti templo inuehit'. hodie sacra dei arca in templo non manufacto reponit'. Columba innocēs auolās ex arca. i. corpe quā deus suscepit pedibus requiem adinuenit. ¶ Quinta dignitas: q2 fuit thesaurus et gemma p̄ciosa. et iō debuit in gazophylacio celesti reponi et nō terre pulueribus sordidari: vt inqt Aug. ¶ Decimotertio idem pbat rōne confortationis. Sic enim chr̄us ex resurrectione sua ⁊ ascensione magnam spem dedit hominibus q et ipsi resurgēt ⁊ in celū assument'. vt inqt Apl's. j. ad Cor. xv. Ita etiam ex mr̄is sue resurrectione ⁊ assumptione magnā spem dedit mulieribus: q ⁊ ip̄e resurgent ⁊ assument' in celum ipasq3

O
Cōditio ꝟgial' arguit eā esse assumptā

P

Q
Totalit' assūpta ē ī testimoniū ꝟe resurrectionis.

mirum in modū confortauit qd̄ et facere debuit Ip̄e em̄ dn̄s vt Aug. inqt vtrūq3 sexū curaturus aduenit. pfecta aūt curatio ⁊ libatio ī resurrectiōe manifestat': g̃ resurrectio ī vtroq3 sexu manifestari debuit in testimoniū pfecte curationis. Sic igit' qntū ad virilem sexum manifestata est chr̄o resurgente: ita et in femina debuit apparere. In nulla āt feia manifestari cōgruentius potuit vel debuit atq3 decuit: q3 in dulcissima mr̄e dei q̄ in vita libera extitit ab oī corruptiōe. Et h est qd̄ ait pph̄a in psona chr̄i. ps. lxxxviij. di. Thronus eius sic sol in conspectu meo: et sic luna pfecta in et'nū: ⁊ testis in celo fidel'. Thronus em̄ filij dei est mr̄ eius: q̄ in conspectu ipsi⁹ sic sol fulget q̄ntum ad gl'iam anime: et sic luna pfecta in et'num q̄ntum ad gl'iam corpis sine defectu: et est testis in celo fidel' q non solum viri resurgent / sed etiam mulieres. R

¶ Decimoq̄rto idem pbat rōne sublimationis. vt. s. nā humana in chr̄o ⁊ in mr̄e et sic in vtroq3 sexu sup oēs angelos sublimaret'. Ipsi em̄ angeli sciebāt nām hūanam eē eis inferiorem ex conditione nature: iux' illō Ps. viij. Minuisti eū paulomin⁹ ab angelis ⁊c̄. Sciebant etiā eam posse eis eq̄ri p gr̄am et meritū. et iō angel⁹ a scō Joanne euangel'. nō pmisit se adorari dicēs Apoc. xxij. Vide ne feceris: conseruus em̄ tuus sum ⁊ fratrum tuorū pphatarum. et eorum q̄ ꝟuant ꝟba libri hui⁹. Q' āt hūana nā ī vtroq3 sexu sic mirabil'r sup eos deberet sublimari: ad plenum nō cognouerat. Et iō de chr̄o ascendente q̄si admirantes dixerunt illud Esa. lxiij. Quis est iste q̄ venit de edom: tinctis vestib⁹ de Bosra? Iste formosus in stola sua gradiens in multitudine ꝟtutis sue. De mr̄e aūt eius ascendēte dixerunt illud Can̄. vj. Que est ista q̄ pgredit' q̄si aurora consurgens ⁊c̄. Cōdecens āt fuit vt sic angeli habebant chr̄m regē ⁊ imperatorē suū ī aīa ⁊ corpe gl'iosum: ita etiā hr̄ent mr̄em eius reginā et imperatricē suā sil'r glificatā. Hanc āt sublimationē meruisse bn̄dictam ꝟginem ⁊ corp⁹ ei⁹ īmortalitate debuisse vestiri: pbat sctūs Ans. in q̄dā ser. dicēs Non dubitandum est beate Marie merita apud deum icompabil'r excelluisse: nec aliquem scōrum singularit': nec etiā omēs cōit' illi soli equari posse. Justū est aūt vt cū maiora ei⁹ sint apd̄ deū merita: excellētiora etiam ab eo pcipiat p̄mia. Deum porro cōstat nihil qd̄ iustū est negligere. Quapropter beatam Mariā iā gl'ia resurrectiōis dotatā: ⁊ ppetua īmortalitate vestitā nr̄a p̄sumit credulitas. Cū em̄ amplior sit ei⁹ iusticia: ⁊ copiosior ei fuerit data gr̄a: quō corpus ei⁹: ipsius vicz dei tēplū. spes adhuc resurgendi manet? Spes q̄ oīm aīas felici expectatione solici

Maria meruit ita assumi

tat: Nũc vero psumptuosum est si credamus q illa omnes sctõs pcessit in pmio quã scimus oẽs pcessisse in merito? Cõuenit certe dei iusto iudicio vt magnitudo muneris amplificet velocitate retributõis: pserim cum pro domini liberalitate nihil donatoris detrahat cõple: imo vgis cõmendet iusticia / extollant merita / atq; accedat fides nr̃a. Itẽ post ascẽsionẽ dñi quis õ credulitate gentiũ gauderet non erat ei pfecta leticia eoq careret filij pñtia. Desiderare at mrem plus pñtiã si sentiã / puta q nõ delinq. Desiderare aũt nõ exilit / sed pfecte. vt nõ solũ aĩa: sz et corpus eius qd fuerat eius deitatis pscium recepracl'm filio suo assisteret. Filium at piũ sctim mris complesse desideriũ nõ ẽ dubitandũ. Nam cum Apl's dicat. Nemo vnq̃ carnẽ suã odio habuit: mlto magis ipa q̃ aliqs carnẽ suã dilexit. Ex cuius saluatorẽ mundi sciebat pdisse triclinio sic spõsum e thalamo. Uolebat ergo btã dña vt caro q oi studio fuerat domino cũ aĩa: q̃ pxime astaret filio. Restitisse at filiũ volũtati genitricis sue qs credat. Cũ z ipe in lege pentes honorari pcipiat: z in qlibet remota barbarie ples pareti honorem deferat: nisi siqs ẽ belua q nec ab amore parentũ est vtcũq; aliena. Ipe igit pietatis auctor z nature dñs penti nõ exhibuit qd et ipe fieri pcepit z nãl'r qlibz solo istinctu sanguinis fac? Ipe g pfectũ honorẽ phibuit matri dulcissime quẽ ipam intellexit velle magnopere. Nõ at cẽt honor pfectus nisi illo vgine um suscitaret corpus: vt tota assisteret filio in cuius tota laborauerat obseqo. celo igit corpus matnũ suũ .s. habitacl'm reposuisse credendus ẽ. Naq; cũ etiã sancti nõ se perfecte btõs existimẽt: nisi cuz in illa resurrectionis gl'ia stolam scdam induerit. hec dña q pleno gustu hauserat q̃ suauis est dñs ad pfectã btitudinẽ sufficere sibi crederet si rabefacto corpe solo spũ pñtiam suam filio exhiberet. Nec vero putandũ est q semimutilata et qdãmõ truncata felicitate mrem celo induceret: imo credendum est oẽm honorẽ ei exhibuisse quem potuit. Quãtũ aũt possit qs explicet. Amplius scriptum est: Anima iusti sedes est sapie. Et iõo maiori z excellentiori sctitate caro pollebat eius q̃ cuiuslibet sancti spũs. Porro fides nr̃a nõ ambigit sctõꝝ aĩas iam regnare in celestibz. Cũ g ille sctõꝝ aĩe q minoris apd deũ sunt sctitatis. deum psential'r videãt. Iniustũ videt maioris sanctitatis pscіam nõ idem saltẽ munus meruisse. Porro sanctoꝝ corpa q fuerunt spiritibus repugnãtia carnis cõpage soluta. quia aggrauarunt animã z in pctm attraxerunt. Inobedientiã rabelluunt et in terreum elementũ abeunt. Animeq; interim longa spe resurrectõis a sordibz p corpa ptractis purgãtur. Rebelle at nõ fuit spũi corpus õtẽ vgis q nll'am vnq̃ habuit aĩe z corpis dissonãtiã / imo cum l'ata z eq̃ta portione vtutũ omniũ tenuit armoniã. Quapr iniustũ ẽ eius corpus puluescere qd nũq̃ aĩe blanditũ ẽ in scelere. Preterea cũ credamus corpus dñi in celo eẽ z toti mũdo ipetrare: cur nõ credamus eiusdẽ corporis materiã z vt sic dicat opificẽ. vginalez .s. carnẽ ibidẽ eẽ? Sed ne suspitiõibz agamus audi breuẽ distinctionẽ z pclude. Corpus sctẽ marie: aut ẽ in celo aut in tra. Immersũ eni mari vel p iane aeris rotari nẽo puto nisi demẽs dicat. Est g vel in celo vel in tra. In terra at nõ ẽ credibile eẽ. Nã filius eius q tanto miracl'oꝝ fulgore q̃rundã sctõꝝ corpa clarificat. mlto minus mris sue corpus in q nouẽ mẽsiũ gtissimũ habitacl'm habuit: si vspiã traꝝ eẽt ingloriũ iacere pmitteret. Nõ ibi siléret miracl'orũ gl'ia: cuncti eni ex oibz vrbibz migrarẽt pegrini. Quia igit nec in tra / nec i aere / nec i mari esse visil'e est. restat vt in celo eẽ credat. Hec ille.

Pars. VII. huius smonis / que õr iubilationis.

Ad intelligendã iubilationẽ vginal' assumptõis ẽ sciendũ q ipa bñdicta vgo pmo assumpta ẽ cũ bono rabili societate / qd figuratũ ẽ. ij. Regũ. vj. vbi õr: q dauid z oĩs isrl' deduce bãt arcã dñi cũ gaudio. et erant cũ dauid septẽ chori. Per Dauid eni intelligit chrs. p septẽ at choros vniuersitas angeloꝝ z sctõrũ: q septenarius nũerus: ẽ nũerus vniuersitatis Unde Greg. in homel'. magdalene inqt. Quia septem diebz oẽ tps cõphendit recte septenario nũero vniuersitas figurat. Uel per septẽ choros intelligunt angeli / patriarche / prophete / apl'i / martyres / pfessores / z vgines / q oẽs ipam honorabil'r deduxerũt / et merito. q oẽs isti eã honorare tenebant. s. angeli: q ipa angelicã vitã duxit / patriarche: q ipa õ eorum stirpe õscẽdẽs eos honorauit / pphe: q ipa spũ pphie plena fuit / apl'i: q eoꝝ magistra extitit. Et intelligendum est de ill' apl'is q iam ad celos p mortez ascenderãt. Alij vero q adhuc viuebant etiã ipsi spũ eam in celum associabant cantãtes z dicẽtes illd qd canit eccl'ia. Uirgo prudẽtissima q pgrederis q̃si aurora valde rutilãs zc. Martyres q̃z eam honorabãt sic tenebant: q ipa gladio passionis pforata fuit. Itẽ cõfessores: q ipa sola in passiõe chri fidẽ tenuit: et chrm pfessa fuit / vgines etiã: q ipa pmiceria vginũ extitit z mgra. Dic aũt qdã doctor q bis euacuatum est celũ. Primo qñ chrs ascẽdit. q tunc nll's angelus pm ipm in celo remãsit. sz oẽs ob

S
Assũpta
est cũ honorabili
societate

uiā cbr̄o venerūt. Scd̄o ꝟo qn̄ brā ꝟgo assū
pta fuit. Quia oēs angeli ⁊ aīe scrōꝝ et ipē
cbr̄s obuiā sibi venerūt. Tertio aūt euacua
bit in iudicio vl'i qn̄ oēs ī valle iosaphat cō
gregabunt. ¶ Scd̄o assūpta fuit cū ieffabi
li iocūditate/ qd̄ fcatū ē. ij. Reg. vj. vbi dr̄:
ꝙ dauid ⁊ oēs filij isrl' deducebāt arcā testa
menti dn̄i in iubilo ⁊ in clāgore buccine ⁊ ꝙ
ipē dauid ⁊ oīs dom⁹ isrl' ludebat corā dn̄o
in om̄ibꝫ lignis fabrefactis/ ⁊ citbarī/ ⁊ lyrī.
Ubi notandū ꝙ sic dic Aug⁹ sup Ps. Tri
plex ē son⁹ music⁹/ vn⁹ q̄ fit cū voce: sic ī can
tu: ali⁹ q̄ fit cū flatu: sicī buccina tertius ꝟo q̄
fit cū pulsu: sic in cithara. Prim⁹ ḡ q̄ fit cū
voce/ tāgit cū dr̄: in iubilo. Est em̄ iubilatio/
cant⁹ modulatio. Scd̄s ꝟo q̄ fit cū flatu/
tangit cū dr̄: In clāgore buccine. Tertius
āt q̄ fit cū pulsu/ tangit cū dr̄: In oībꝫ lignis
fabrefactis ⁊ citbarī. Ex qbꝫ oībꝫ dat intelli
gi ꝙ in deductione istius arce diuinal' in ce
lum fuerunt oīa genera musicoꝝ. Un̄ ꝟifi
catū fuit illd̄. ij. Paral'. v. Cymbal' ⁊ psalte
rijs ac citbarī ⁊ tubis ac voce cōcrepabāt: ⁊
cunctis parit in organis ⁊ lignis diuersi ge
neris musicoꝝ ɔcinnentibꝫ ac vocē in subli
me collētibꝫ longe sonitus audiebat. Si eī
p reparatione templi material' sacerdotes ba
bentes stolas cū tubis/ et leuite hn̄tes cym
bala collaudabāt ⁊ bn̄dicebant dn̄m ⁊ ei cā
ticū decātabant: ⁊ ppl's isrl' tuba cecinit ma
gnifice: ⁊ clamauit voce magna cuꝫ gaudio
magno: vt hr̄. ij. Esdre. v. Quanto mag̃ de
bebant decantare celestium agmina brōꝝ p
reparatione ⁊ resuscitatione atqꝫ glificatione
templi viui diui corpis. s. genitricī creatoris
sui? Et cum ad honoratiōnē statue quā Na
buchodonosor fecerat fuerit son⁹ tube et fi
stule ⁊ citbare/ sambuce/ psalterij/ ⁊ simpbo
nie ac vniuersi generī musicoꝝ: vt hr̄ Dan.
iij. Quare in deductiōe ⁊ exaltatione regine
celi non credam⁹ vniuersa sonoꝝ ⁊ cantico
rum genera affuisse? De bac aūt iubilatione
inqt Hiero. in ser. ad Eusto. Legim⁹ ꝗ̄sepe
ad funera: sepulturasqꝫ scrōꝝ angelos ad
uenisse ⁊ ad exeqas eoꝝ obseqa pstitisse: nec
nō ⁊ aīas eoꝝ vsqꝫ ad celos cū hymnis ⁊ lau
dibꝫ detulisse ⁊ eosdē mlto lumie resplēduis
se. Insup adbuc viuētes ī carne ibi miri odo
ris fragrātiā ɔsensisse. Si igit talia ⁊ tanta
circa defunctos de⁹ dignat⁹ ē exbibere: q̄nto
mag̃ ei⁹ gen[illegible]ci ī die obit⁹ sui credendū est
celoꝝ militiā obuiā aduenisse: eāqꝫ igēti lu
mine circūfulsisse: ⁊ vsqꝫ ad thronū glīe pdu
xisse? Nulli dubiū est totā illā celestē curiaꝫ
supne hierl'm ineffabili leticia tunc exultas
se. ⁊ iocundatam fu[illegible]se indicibili charitate:
tuncqꝫ oī gratulatione iubilasse. Qm̄ festi
uitas hec q̄ nob reuoluit annua ill' facta est
ɔtinua. Nec imerito. Credit em̄ ꝙ ipse sal
uator p se tot⁹ festinus occurrerit: et eam cū
gaudio secū in throno collocauerit. Alioqn
quō crederet implesse qd̄ ipē in lege pcepit.
Honora prēm tuū ⁊ mrēm tuā? Hec ille
¶ Tertio assumpta fuit cū mirabili clarita
te. de qua dr̄ Cān. vj. Que est ista q̄ pgredit
q̄si aurora ɔsurgens ⁊c̄. Fuit aūt tūc multi
plici claritate pfusa. Primo luce supsubstā
tiali: qꝛ cbr̄s q̄ est vera lux obuiā sibi venit ⁊
eam associauit. Scd̄o luce spūali. i. aīa sua
sup oīa oī luce ⁊ glīa illustrata: ⁊ tunc imple
tū fuit ī ea illd̄ Esa. lxiiij. Implebit dn̄s splē
doribꝫ aīaꝫ tuā. Tertio luce corpali: qꝛ eius
corpus imortalitate ⁊ claritate resplenduit.
Si em̄ iusti fulgebunt sic sol: (Matt. xiij.)
q̄nto magis ei⁹ corpus fulgere dꝫ q̄ deū por
tauit. Quarto luce rōnali: qꝛ omnes sancti
q̄ erant ī celo eaꝫ associauerūt. Un̄ in officio
Assumptionis canit eccl'ia. Sic dies verni
circūdabant eā flores rosaꝝ ⁊ lilia ɔualliū.
Flores rosaꝝ sunt martyres/ lilium ɔualli
um sunt ɔfessores ⁊ ꝟgines. Quinto luce i
tellectuali. s. angelica: qꝛ oēs angeli eā associ
auerūt. quoꝝ qdā pcedebāt tanq̄ domicel
li/ quidam subseq̄bant tanq̄ fideles mistri
Oēs āt iubilabāt tāq̄ fuitores deuoti. Ec
ce q̄ luminosa ascēdit: qꝛ a supiori illūmia
ta fuit luce supsubstātiali/ ab inferiori luce i
tellectuali rōnali/ ab interiori luce spūali/ ⁊
ab exteriori luce corpali. De bac etiā iubila
tiōe canit eccl'ia: Assumpta ē Maria in ce
lum gaudent angeli laudantes benedicunt
dominum. Et in corona nostra dr̄: Assum
pta est Maria in celum altum cum hono
re ⁊ sincera festiuitate qd̄ admirati ue dixert
chori angelorum: Que ē ista tāhoneste vela
ta ⁊ tanq̄ aurora ɔsurgens et sol splendens
⁊ lumine pfectum. Et b̄ dubium resolucbat
cum viderēt eā coronatā et altissimo deo as
sistentē/ tunc oēs suas leuabant voces in iu
bilo ⁊ eā laudantes dulci armonia et nondū
a suis laudibꝫ quicuerūt ¶ Quarto assum
pta est cum terribili potestate Juxta illd̄ Cā
tic. vj. Terribilis vt castrorum acies ordīa
ta. Tamterribilis [illegible]anqꝫ fuit demonibus
eius assumptio ꝙ demones de isto aere ca
liginoso in quo morantur penitus aufuge
runt. Nec mirum: fugerunt em̄ perterriti a
tamterribili societate. iuxta illud Cantic. vij
Quid videtis in Sunamite nisi choros ca
strorum. id est choros angelorum et omniū
sanctorum. Fugerunt etiam vulnerati a tā
ineffabili iocūditate. Demones semp in lu
ctu sunt. Et ad b̄ applicari posset illud Ecci.
xxij. Musica in luctu importuna narratio.
Fuert q̄ꝫ excecati a tāmirabili claritate. Ipi
ei tāq̄ noctue diuinā claritatē ferre nō pūt.

T Assūpta ē cū ieffabili iocūditate

V Assūpta est cū mirabili claritate.

X Assūpta cū terribili ptāte.

Malicia eoꝝ penit⁹ excecauit eos Sap.
ij. Fugerūt etiā tremefacti a tā terribili ptāte sic
eī canis cū videt ꝟgā q̄ pcussus est: territ⁹ fu
git. Sic ꝛ demōes cū viderūt ꝟgā iesse ī celū
deduci: territi aufugerūt: iux illud Esa. xxx. A
Maria assilat ꝟge — voce dñi pauebit assur ꝟga pcussus. Beata
etem ꝟgo assilat ꝟge. p̄ rōne noīs: qꝛ ꝟga dr
a ꝟtute. nā ꝟt⁹ q̄ latet in radice se pdit ī vigo
re ꝟge. In ipā āt ꝟgine oīs ꝟtutꝫ pfectio re
perit. vñ ipsa ait Ecci. xxiiij. In me oīs spes
vite ꝛ ꝟtutꝫ. In ei⁹ etiam vigore ac fructu re
fulsit oīs ꝟt⁹ radicꝫ. Radix eī q̄ hec ꝟgā p
duxit fuerūt pr̄iarche. In q̄bꝫ q̄cq̄d grē ꝛ ꝟtutis
fuit totū in b. ꝟgīe eminēti⁹ appuit. Uñ ī ei⁹
natiuitate cātat ecc̄ia euāgeliū Mat. j. descri
Triplex ꝟt⁹ ꝟge. — ptū in q̄ ponūt genealogie pr̄iarchaꝝ. No
tādū q̄qꝫ ꝙ in ꝟga triplex ꝟt⁹ iuenit fm ꝙ ex
triplici suba cōponit. s. cortice/ligno / ꝛ me
dulla. Mediāte aūt medulla nutrit/medi
ante ligō sursū erigit / ꝛ mediāte cortice ꝯ ex
teriores ꝯrietates ꝺfensant. In b. āt ꝟgie tā
q̄ꝫ medulla nutriēs fuit ei⁹ iterior grā. ꝺ qua
angel⁹ ei dixit Lu. j. Aue grā ple. Lignū aūt
erigēs fuit ei⁹ ꝯtēplatio assidua. iux illð Cāt.
iij. Que ē ista q̄ ascēdit sic ꝟgula fumi? Ubi
notādū ꝙ ꝟgula exq̄ ascēdit: sursū tendit: et
suā sūmitatē ꝟsus celū erigit: ꝛ q̄nto magꝫ a
terra recedit ꝛ sursū tendit: tāto ampli⁹ sp sub
tilior fit. Et silr btissima ꝟgo Maria sp sur
sum tēdebat intētiōe ꝛ affectione. Uñ sctūs
Odilio cluuacens in q̄dā ser. ait: Unū q̄ppe
scim⁹ p certo ꝙ oīs marie vita ꝛ actio inten
ta fuit sp in dño. Itē summitatē. i. mentē sp
ad celū dirigebat. s. ī ꝯtēplatōe ꝛ orone: ꝛ q̄n
to a terra p terrenoꝝ ꝯtemptū recedebat: ꝛ sur
sum ad altū p affectū celestiū accedebat. tā
to ī ꝯtēplādo subtilior erat. Tāq̄ꝫ āt cortex ex
teri⁹ defensans fuit ī btā ꝟgie diligēs sui cu
stodia. Seruauit ei illð puer. iiij. Oī custo
dia ꝟua cor tuū. ꝛ ꝓpt hoc Cañ. iiij. appellat
hort⁹ ꝯclusus. Ipā igit fuit illa ꝟga ꝟtuosa
de q̄ inq̄t Dauid ps. cix. Uirgam ꝟtutis tue
emittet dñs ꝛc. Scðo assilat ꝟge rōne ger
minis. Nascit eī siue germiat ex ꝟga flos.
ꝛ flos ipē de ꝟga egrediēs ꝟgā ipam nō vio
lat/sꝫ fecūdat. Uirga etiam nō accipit fecū
ditatꝫ grām nec germinādi potētiā ex aliq̄ se
minis cōmixtione: sed ex sol calore et celesti
rore. Et silr ex ꝟga nr̄a. i. ex btā ꝟgine egres
sus ē flos. s. dñs iesus q̄ incarnatus ꝛ natus
ex illa absq̄ꝫ vteri eius violatione. Uñ sic est
fecūdata ꝙ tñ nullaten⁹ violata: qꝛ sic ante
ptum fuit ꝟgo: ita etiam in ptu ꝛ post partū
remāsit. nec etiā ex virili semie habuit gene
randi potentiā: sed solum ex rore celestꝫ grē
ꝛ ex sol calore. i. spūsscti opatione. vt hr̄ Lu.
j. dum ei dixit angelus. Spūsserūs supue
niet in te ꝛ ꝟt⁹ altissimi obumbrabit tibi. Et

ita exponit illð Esa. xj. Egredietur ꝟga ð radi
ce iesse: et flos de radice ei⁹ ascendet. Tertio
assilat ꝟge rōne culmis. Utunt eī ꝟga pci
pue illi q̄ sunt in aliq̄ culmine dignitatꝫ ꝯsti
tuti sic reges ꝛ dñi. et ꝓpt h̄ btā ꝟgo dr ꝟga.
qꝛ dñs dñoꝝ deus vsus ē illa: ꝛ q̄tidie vtit
ad regendū nos: qꝛ ipam fecit nr̄am gubna
tricē. Et iō Ps. inq̄t deo de btā ꝟgine: Uir
ga directiōis: ꝟga regni tui. De aliis assimi
lationibꝫ ꝟge posui in. ij. pte p̄ncipali huius
opis in exordio scði ꝛ tertij smonis. De ere — Maria pcutit demones
ctione aūt hui⁹ ꝟge in celum p ascensionē: ꝛ
de pcussione demonū ꝓbatum fuerat Nu
meri. xxiiij. vbi Balaam dixit: Consurget ꝟ
ga de isrl ꝛ pcutiet duces Moab: vastabit
q̄ꝫ omnes filios Seth. Huius eī ꝟge no
minatio/saluatio /et laudatio est demonibꝫ
valde terribil: qñ eī audiūt ipam btām ꝟ
ginem nominari: ita est acsi sentirent clauā
q̄ pcuterent. Uñ vt legit in miracul eius: cū
in forma humana apparēs diabol⁹ cuidam
mulieri eam vehement vexaret: ꝛ illa nec p
aquā bñdictam: nec p signum crucꝫ ipm to
talit expellere posset. tandē a q̄dam sctō viro
edocta dixit: Sancta Maria adiuua me. ꝛ
statim diabol⁹ q̄si claua pcussus aufugit di
cens: Diabolus intret in os illi⁹ q̄ hoc te do
cuit. Qñ etiam demon audit salutationem
ei⁹: ita ē acsi audiret tonitruū q̄ terreret. Iu
xta illð Ps. Uox tonitrui tui in rota. Ps.
lxxvj. Et iō de assumptione huius ꝟge in ce
lum exponi pōt illud Exo. ix. Extendit moy
ses. i. chrs ꝟgam in celum/ ꝛ dominus. i. de⁹
pr̄ dedit tonitrua. s. demonibꝫ. Uñ ꝟificatuꝫ
fuit illð Exo. xix. Ceperunt audire tonitrua.
Et ð ipā ꝟgine ꝛ de demonibꝫ in ascēsiōe ei⁹
territus pōt exponi illud Job. xxvj. Quis. s.
demonū poterit tonitruū magnitudīs eius
intueri? Et illud Apoc. viij. et. xvj. Facta sūt
tonitrua ꝛ voces ꝛ flet⁹. i. lamētationes de
monū in gl'iosa ascensione ꝟgis. Quapropt
dicere possum ipsi bñdicte ꝟgi de demonibꝫ
illud Ps. ciij. A voce tonitrui tui formida
būt. De ipā q̄q̄ꝫ dici potest illð Apoc. iiij. De
throno pcedūt fulgura ꝛ voces ꝛ tonitrua.
Et illð Ouið. ij. Metamor. Uñ solet toni
trus ꝛ fulmina mittere terrꝫ. Sectam ergo
demonū pcutit btā ꝟgo tanq̄ꝫ tonitruū Uñ
illi dicere possumus illud Ezech. xliij. Uox
tonitrui tui ꝟberauit eam. Qñ etiam diabo
lus audit ipam imaculatā dei genitricē lau
dari: ita ē acsi sentiret gladium q̄ iugularet
Et h̄ figuratum fuit Judith. xiij. Ubi Iu
dith pugiōe amputauit caput Holofer. Iu
dith eī iterp̄tat ꝯfitens ꝛ gl'ificās deū ꝛ si
gnificat btāꝫ ꝟginē/ q̄ semp deū gl'ificauit.
In cui⁹ assumptione demones q̄si gladio p
cussi sunt Et ad h̄ applicare possum⁹ illð qð

p̄dictū fuerat Hier.xx. Corruent gladio ini
mici. De ip̄a q̄z btā v̄gine v̄ificatum est illō
qō inq̄t de⁹ Zach.ix. Ponam te q̄si gladiuz
fortiū. Et iō vnicuiq̄z chr̄iano ō̄r deus illud
eiusdem li.v.c. Sume tibi gladiū acutum.
Et illō Judic.ix.et.j. Reg.xxxj. Euagīa gla
dium.i. deuotionis btē v̄ginis/ ꝛ ꝑcute.s. de
mones. O igit̄ strenue miles iesu chr̄i: accin
gere gladio tuo sup̄ femur tuum potentissi
me. Ps.xliiij. Hoc inquā gladio de quo ō̄r
Hiere.xlviij. Maledictus q̄ ꝓhibet gladiū
suum a sanguine.i. a demonum vulneratio
ne mediante huius sanctissime v̄ginis deuo
tione ꝛ inuocatione. Omnib⁹ em̄ fidelib⁹ in
q̄t deus illud Ezech.v. Gladium euaginate
post eos. Jste est em̄ gladius q̄ deus prote
git castra fideliū. Ad qō applicari posset il
lud qō ō̄r.j. Mach.iij. Protegebat castra
gladio suo. ¶ Sed dimissis demonib⁹ ex

Oēs āgeli iubilabāt Marie assūptioni

dn̄e nr̄e assumptione ꝯtristatis reuertamur
ad iubilationem spirituum beatoꝝ. d̄ q̄bus
inq̄t Alexāder d̄ ales sup̄ Cañ.li.vj.c.j. In
stante temporis articlo quo in celum Ma
ria est assumpta/ extimo nō solum angelos
inferioris ordinis/ sed etiam alioꝝ ordinum
gl'iose mr̄i dei debitum honorem impendis
se. Uidere em̄ mihi videor angelis: inferio
ris ordinis nūciasse mr̄i dei voluntatem fi
lij eam vocantis ad solium gl'ie. Archange
los nunciasse eius aduentum celesti curie.
Ptātes intueor ad irruendū in ptātes tene
braꝝ ne molirent̄ forte insidias latent̄ se pre
parasse. Principes signiferos q̄ agenda erāt
disponentes p̄ncipal'r. Dominationes v̄ovt
hui⁹ noue solennitatis diem agāt celeberri
mū sp̄ea l'r iniūgentes. Throni illā reginaz
decent̄ locauerūt ad dexteram filij in solio
regni suo. Cherubin prudent̄ ꝛ discrete debi
tam impēderūt reuerētiam. Seraphin igne
charitatis pleni feruentissimo amore vene
rabant̄ dn̄am suam. ꝛ sic Dauid ꝛ oēs ange
li deducebant arcam feder̄ dn̄i cum iubilo
Hec ille. Hiero. q̄q̄z in ser. Assumptōis ait
Non credo vnq̄z in celo solēniorē fuisse ꝓces
sionem. Quis em̄ magna fuerit in chr̄i ascē
sione: satis ista videt̄ fuisse solennior. Hec il
le. De q̄ ꝓcessione assumptionis v̄ginal' etiā
loq̄ns Bern. inq̄t: Per compationē veriusq̄
q̄z illa maiestate potētior: sed ista pompa so
lēnior. Jnuenimꝰ q̄ ip̄e angeli soli redempto
ri occurrere potuisse. Mr̄i v̄o fili⁹ ip̄e cū to
ta celesti curia tā angeloruz q̄z iustoꝝ hoīm
occurrēs: euexit eam ad btām sessionē. Hec
ille. Simil'r credi p̄t fm̄ Fran. de mayr. i q̄
dam ser. tūc animab⁹ q̄ erant in purgatorio
aliquā gr̄am factam fuisse. vn̄ forte pl'ime ꝛ
forsan omnes btām v̄ginem associantes ad
regez eternam euolauerūt/ qō ego existimo
indubitant̄ factū fuisse. Quā āt venerabilit̄ ꝯreuerē
sit suscepta a tota trinitate nō pōt hūanis v̄ter sit su
bis explicari. Si enim filio prodigo iux̄ pa sceptā a
bolam saluatoris pr̄ occurrit cū gaudio: et tota trini
cecidit sup̄ colliū ei⁹: ꝛ oscl'at⁹ ē eū Lu.xv. O tate
q̄nto cū gaudio de⁹ pr̄ hanc non ꝓdigam fi
liam/ sz liberalissimā ac optimā honoꝝ suo
rū dispēsatricē recepit in sue felicitat̄ ꝯsorti
um? Quāta cū exultatione paraclet⁹ sp̄ūssā
ctus recognouit suū sacratissimū habitacu
lū? Quantis v̄o cū iubiliationib⁹ dei filius
hūanitatis sue illustrauit hospitiuz? Audi
Bern. in s̄mone assūptionis dicentē. Quis
em̄ etiam si linguis loquat̄ hoīm ꝛ angelorū
explicare q̄at queadmodū sup̄uenientē sp̄ū
sctō ꝛ obūbrante v̄tute altissimi caro sit fa
ctū v̄bū dei: p̄ qō facta s̄t omnia: ꝛ dn̄s vni
uersitatis quē nō capit vniuersitas creatu
re int̄ v̄ginea sese clauserit viscera factus hō?
Sed ꝛ illō cogitare q̄s sufficiat q̄z gloriose
hodie mūdi regina ꝓcesserit: ꝛ q̄nto deuoti
onis affectu tota in ei⁹ occursū ꝓdierit cele
stiū legionū mltitudo? Quib⁹ canticis gl'ie
thronum sit deducta/ q̄z placido vultu/ q̄z se
rena facie/ q̄z diuersis amplexib⁹ suscepta a
filio sup̄ oēm exaltata creaturā. Cū honore
inquā illo q̄ tāta mr̄ digna erat. Cū illa gl'ia
q̄ decuit tantū filiū. Felicia prors⁹ oscl'a la
bijs imp̄ssa lactent̄ cui v̄gineo mr̄ applaude
bat in gremio. Nūq̄d non feliciora censebi
m⁹ q̄ ab ore sedent̄ in dextra p̄ris hodie btā
salutatōe suscepit cū ascēderet ad thronum
gl'ie cātās ꝛ dicēs: Oscl'et̄ me oscl'o oris sui.
Chr̄i gnātionem Marie assumptionem q̄s
enarrabit? Hec ille. In q̄b⁹ v̄bis innuit de
uot⁹ doctor q̄ sic chr̄i incarnatio explicari n̄
pōt/ sic nec gaudiū v̄ginalis assumptionis
Et in eodem s̄mōe arguendo etiam dic̄. Si
nec ocul⁹ vidit/ nec aur̄ audiuit/ nec in cor
hoīs ascendit q̄ p̄p̄auit de⁹ diligentib⁹ se. scz
Esa.lxiiij.et.j. ad Coꝝ.ij. Quid p̄p̄auit geni
trici sue: Sctūs q̄z Bern. ep̄s ꝛ martyr d̄ iu
bilatiōe v̄ginal' assumptionis in suis home
lijs inq̄t: Hodie btām v̄ginem celi suscepe
rūt letando/ angeli gaudendo/ archangeli
iubilando/ throni exultando/ dn̄atōes psal
lendo/ p̄ncipat⁹ armonizando/ ptātes citha
rizādo/ cherubin ꝛ seraphin hymnizādo/ at
q̄z ad sup̄nū diuīe maiestatis tribunal d̄ du
cēdo. Hec ille. Et Hiero. in ser. Assumptio
nis ait: Hec est dies p̄clara: i q̄ vsq̄z ad thro
ni celsitudinem intemerata mr̄ ꝛ v̄go ꝓces
sit: atq̄z in regni solio sublimata post christū
gl'iosa resedit. Sic itaq̄z vbiq̄z ꝯfident̄ de il
la sctā dei canit eccl'ia qō de nullo sctōꝝ fas
est credere vt vltra angeloꝝ merita trāscen
derit: q̄z si sil'itudo ꝓmittit̄ veritas denegat̄.
Ad cui⁹ ꝓfecto excq̄as q̄ntū fas ē credere fa

mulabant angeli: ⁊ vniuerse celi cõgratula-
bant curie. q̄ credendū ē militiā celoꝝ cum
suis agminibꝫ festiue obuiā venisse genitri
ci dei. eāq̄ vsq̄ ad thronū olim sibi etiā an
ↄstitutionē mūdi ꝑparatū cū laudibꝫ et cāticis
spūalibꝫ ꝑduxisse. Cū em̄ gaudiū sit in celis
de q̄libet peccātore conuerso: multomagis pu-
tandū est ꝑ tāte ꝟginis exultatiōe ⁊ glīa q̄
exultatio sit in supernis. Cuius nimiꝝ festiui-
tas oīm supernoꝝ est glīatio. celicolarūq̄ cō-
gratulatio. p̄sertim q̄ eius celebritas laus
⁊ fauor est saluatoris. Vñ credimꝰ q̄ nō hūc
tm̄ diē solennē ducūt ꝑ eiꝰ amore annuum:
verūetiā cōtinuum ⁊ eternū iocunditatis et
leticie: venerationis ⁊ obsequij. cū omī tripu-
dio amoris ⁊ gaudij. Nec immerito oīs il-
la celestis ciuitas cōgratulatur ⁊ veneratur
m̄rem cuius semꝑ adorat filium regē. ante
quē tremūt potestates ⁊ curuat omne genu
Quā si diligent aspicias nihil ꝟtutis est. ni-
hil speciositatis ⁊ glīe qḋ nō in ea resplēdeat
Et iō si placet tal ⁊ tāta ꝟgo: placeat ⁊ opus
virtutis eiꝰ. Cuiꝰ vita oīm est disciplina. cu
ius mores instituta sunt omniū ecclesiaꝝ q̄
precellit cūctis: ⁊ supereminet vniuersis. Pro-
pterea q̄cunq̄ ꝟgo sibi ab ipsa optat p̄mium
⁊ implorat auxiliū: debet eiꝰ imitari exēplum
Vñ ⁊ Bern. in sermone assumptionis dicit.
Preciosum hodie munus terra nostra di-
rexit in celum: et dando et excipiendo felici
amiciciaꝝ federe copulent humana diuinis
Illo em̄ ascēdit fructus terre sublimis: vnde
data optima descēdunt. Ascendens in altū
ꝟgo sancta Maria. dabit quoq̄ ipa dona
hominibꝫ Siquidē nec facultas ei deesse pōt
nec voluntas. Regina celoꝝ misericors est
m̄r vnigeniti dei. Nihil em̄ sic pōt potestatis
eius seu pietatis magnitudinē cōmendare
nisi forte aut n̄ credit dei filiꝰ honorare ma-
trē aut dubitare q̄s pōt oīno in affectu cha
ritatis trāsisse Marie viscera: i q̄bꝫ dei cha
ritas nouem mēsibꝫ corꝑalit requieuit. Et hec
q̄dē ꝓpter vos dixerim frēs. vt tn̄ interim sile-
am bñficia que ꝑ ipsius glorificatiōe conse
quimur. Si eā diligimus: gauderemꝰ vti-
q̄. q̄ vadit ad filiū. nisi forte (qḋ absit) inuē
trici gratie omnimodis inueniamur ingra-
ti. Quē ei in castellū mūdi huiꝰ intrantē p̄us
ipa susceperat: ab eo suscipit hodie sanctam in
grediēs ciuitatē. Sed cū q̄nto putas hono
re: cū q̄nta exultatiōe: cū q̄nta glīa? Nec in
terris locus dignior ꝟginalis vteri tēplo. in
quo dei filiū Maria suscepit: nec in celis re
gali solio q̄ beatā Mariā hodie filius subli
mauit. ¶ Deuotꝰ quoq̄ Anselmꝰ in q̄dam
sermone ait. Cū christus m̄rem i regnū suū assu-
mere: ⁊ ei magnificētiā glīe decreuisset osten
dere. cuius p̄cor dignitatis ⁊ honoris appa-

Z Quanto honoris appara-tu virgo sit assumpta.

ratibꝫ intendebat tota curia angeloꝝ. Quibꝫ
vocibꝫ exultatiōis atq̄ salutis resonabāt vni
uersa tabernacula antiquoꝝ patrū ipi curie
tūc nuꝑ associatoꝝ. Certe crediderim omēs
illiꝰ patrie ciues festiuiori solito ⁊ sublimio-
ris decoris nitore ad aduētū m̄ris dñi sui p̄
parari. ac noua q̄dā ⁊ ineffabili iocūditatis
gratia ꝑ tante rei expectatiōe cōiubilare. Et
qḋ miꝝ: Ipe em̄ Jesus deus ⁊ dñs oīm filiꝰ
ipiꝰ castissime ꝟgis ⁊ dñe reꝝ: ei sicut vnice
matri sue totꝰ festiuus occurrere voluit. ne
aliq̄s de familiaribꝫ suis se a tāti gaudij im-
mēsitate subtraheret. Vtiq̄ moris inter homi
nes esse scit. vnūquēq̄ bonū seruū cuiuscun
q̄ prepotētis dñi: eo maiori gaudio in aduē
tu amici sui exultare: quo ipm dñm suū co
gnoscit aduentantē amicū magis amare. Cū
ꝟo de aduentu parētū filij sui agit. de quoꝝ
speciali dilectione nullis vlla dubitatiōe te-
net. illi nimiꝝ magis felicē se extimat: q̄ ma
iori iubilo ⁊ festiuiori occursu leticie frena re
laxat. Si ergo hec ita se habēt apd̄ hoīes q̄
bus si qua bonitas est longe tam supernoꝝ ci
uium bonitati impar est. ↄtemplet animꝰ q̄
ad potest. quo gaudio. qua festiuitate. quibꝫ
ↄcentibꝫ iubilabāt oēs beatoꝝ spirituū ordi
nes. qñ ⁊ vnicā m̄rē dñi sui aduētare. ⁊ ipm
dñm deū suū ei videbāt oī glīa sua decora-
tum velle occurrere. Stipatꝰ itaq̄ mille mi
libus. imo innumerabilium angeloꝝ agmi-
nibꝫ: deꝰ ipe huic piissime m̄ri sue de h̄ mūdo
migrāti occurrit. eāq̄ suꝑ oēs celos exalta-
tam cūcte secū creature p̄ni iure dānaturā
in throno glīe collocauit. O dies tāti occur
sus gloriosa. O felix dies tā p̄clare exaltatio-
nis. Beata ⁊ celebris dies tā sublimis glori
ficatiōis. festiua ⁊ omī seculo admirabil. Di
es em̄ illa nō solū te dñam ineffabilit subli-
mauit: sz etiā ipm celū quod penetrasti: nec
non ⁊ cūcta q̄ in eo sunt noua et inextimabi-
li gloria decorauit. Noua q̄dem grā celum
decorauit: qua p̄orē glīā eiꝰ ex p̄ntia tua vl
tra q̄ dici possit aut cogitari magnificauit.
Nā tu dña illuc ascēdēs noua illō ac p̄cellē-
ti ꝟtutū tuaꝝ dignitate irradias. Inmēsa
q̄ miserationū ⁊ gratiaꝝ tuaꝝ luce ꝑlustras
Eadē q̄ dies tui ascensus eos q̄ ciues celi ab
initio creature esse meruerūt solito festiuio-
ri exultatōis gaudio induit. Quia nāq̄ per
gloriosum fructū fecūde virginitatis tue vi
dent semiruptā ciuitatē suā reintegrari: ve
re in tuo aduētu ꝑ quē tantū bonū meruerūt
gaudij sui magnitudo iure debuit augmen
tari. Terrā etiā dies exaltatōis tue o beatis
sima feminaꝝ mira grā irrigauit. q̄ dum te
quā de se ⁊ in se alioꝝ hoīm lege ꝓgenitā no
uit vsq̄ ad creatoris oīm thronū exaltari te
cognoscit antiq̄ maledictōis penā quā i pec

Totꝰ exclamato ribꝫ sermo anselmi.

cato primoꝝ filioꝝ suoꝝ se merito excepisse sciebat: iā p tāte bñdictiōis tue abundantiaꝫ se euadere indubitanť credebat. Quid amplius dicere possum dña? Immensitatē q̄ppe gr̄e ꝛ gl'ie tue desiderare cupienti sensus deficit lingua fatescit. Queadmodū ei oīa q̄ in celo sūt p gl'ificationē tuā ineffabil'r decorātur. ita p eādē gl'ificationē cuncta q̄ in terra subsistūt mirabil'r sublimanť. Si in gloria nempe q̄ p tuā beatā ꝛ itegerrima ꝟginitatē deum suū quē non cognouerāt agnoscere et cognitū colere atqꝫ amare meruerunt. Immense dignitatis decus receperunt: quā do te sup oēs celos ascendere: ac in dextera dei sui bñdicti filij tui exaltari cognouerūt. In eo etiā didicerūt se eidē deo suo totū debere qđ sūt: qn̄ tu q̄ inter illa ꝛ de ill' vna fuist tātam dignitatꝭ eminētiā meruisti. Nihil igiť aut idolis hoīes: aut vlle alie rerum species idoloꝝ cultoribꝫ se debere intellexerunt. qn̄ ꝛ singl'arē auctoreꝫ sui ex castissimo vẽo tuo ad restitutionē pme creatiōis sue ꝓgenitum susceperūt. Et te per quam amissam dignitatem suā recupauerunt. oī creature tā sublimiť ꝑponi intellexerunt. Quas igiť laudes q̄s ve gr̄aꝝ actiōes nō solū humana sed etiā oīs creatura huic sacratissime virgini debet. Purissima nanqꝫ sctitas atqꝫ sanctissima puritas pijssimi pectoris eiꝰ: omnem omnis creature puritatē seu sctitatē icōpabili sublimitate trāscendēs h̄ ꝓmeruit. vt operatrix perditi orbis dignissime fieret. Unde quid laudis ꝓ tam ineffabili bono ipse p eam reparatus mūdus ei iure debeat cor alicuius sub carne mortali viuētis extimare nullatenus sufficit. Utiqꝫ cūcta q̄ deꝰ fecit ꝛ vtiliter bona in eo statu q̄ ꝯdita fuerūt eē destiterūt sed p hāc beatissimā ꝟginē in statū p̄stinum restituta sūt. Sicut ḡ deus sua potētia cuncta patrādo pater est et dñs omnium: ita beata Maria suis meritis cuncta reparando mater est ꝛ domina reꝝ. Deꝰ eni est dominꝰ omniū singula in sua natura ꝓpria iussione ꝯstituēdo. ꝛ Maria est dña reꝝ ꝓsingula cōgenite dignitati p illaꝫ quā meruit gratiam restituendo. Et queadmodum deus ex sua substantia genuit eū p quē cunctis origineꝫ dedit. ita Maria de sua carne peperit illum qui in decorem pme creatiōis oīm cūcta restituit. Itē sicut nulla reꝝ species nisi p dei filiū facta subsistit. ita lex debite dānatiōis neminē deserit nisi quem ab ea filius Marie absoluit. Quis igiť ista recto sensu ꝛ corde sincero ppēdēs plene pcipe q̄at excellentiā dñe huius p quā tā ineffabili gr̄a ꝛ tā inextimabili erectione erectꝰ est mundus? Quis inquā mirā ꝛ omni re p̄ter hanc inauditam mulieris istiꝰ gr̄am oculis mentis aspiciens nō obstupescat. ꝛ nō modo elinguis: verum etiam tante rei comprehensione prorsus immunis fiat? Quapropter ea que nobis impenetrabilia sunt: inter mittentes pcibꝫ impetrare nitamur. vt quod intellectu capere nequimꝰ salutari effectu obtinere mereamur. Ascendat igiť fidelis aīa in mentis speculā ꝛ q̄ntū pōt videat in q̄nta sublimitate locata sit dña nostra. Omis natura a deo est facta. ꝛ deus ex Maria factus Deus omniū factor se ex Maria fecit: ꝛ sic cuncta refecit qui potuit omnia ex nihilo facere: noluit ea violata sine Maria reficere. Deus igitur ē pater reꝝ creatarum. ꝛ Maria est mater rerū creataꝝ. Deus illū genuit per quem sunt omnia facta. ꝛ Maria illū genuit p quē sūt oīa refecta ꝛ saluata. Per has ḡ ratiociatiōes impossibile est vt aliq̄s homo ad eam conuersus ꝛ ab ea respectꝰ damneť. quia ipa genuit eum p quē mortua reuiuūt ꝛ p queꝫ homines ex peccato saluanť. Et q2 nō est iustificatio nisi quā ipsa in vtero fouit: non est salus nisi quā ipsa peperit. Ipsa ḡ est mater iustificantis et iustificatoꝝ. Ipsa mater saluantis ꝛ saluādoꝝ. Igiť mater dei qui solꝰ damnat: qui solus saluat: quē soluꝫ timemꝰ In quo solo speramus est mater nostra. iudex ꝛ saluator noster est frater noster. Quomodo ḡ desperemus cū salus siue dānatio ex boni fratris ꝛ pie mr̄is pendeat arbitrio. Nunq̄d sustinebit bonꝰ frater puniri frēs quos redemit? Bona mater damnari filios suos quoꝝ ipsa redēptorem genuit? Dulcis mater rogabit dulcē filiū suū piū fratreꝫ nostꝝ: filiū ꝓ filijs: vnigenitū ꝓ adoptatis. pius filiꝰ audiet libenter ꝓ filijs. vnigenitꝰ pro his quos adoptauit. dominus ꝓ his q̄s liberauit. Hec ille. ¶ Exultemus ergo etiaꝫ nos cum celicolis ꝛ creaturis vniuersis ꝓvt possumus. ꝛ talem ac tantam ꝟginē matreqꝫ pijssimaꝫ pro nostro modulo laudare studeamus. Ad quod nos hortať Hieronymus vbi sup dicēs. Hodie gl'iosa semp virgo Maria celos ascendit. rogo gaudete. q2 ineffabiliter sublimata cum chr̄o regnat in eternū. Regina mūdi hodie de terris ꝛ de p̄senti seculo nequam eripiť. Iteꝝ dico gaudete. q2 secura d̄ sua immarcessibili gl'ia ad celi iā puenit palatiū. Exultate inq̄ꝫ ꝛ gaudete. et leteť omnis orbis. q2 nobis hodie oibꝫ interuenientibꝫ eius meritꝭ salus aucta est vobis quoqꝫ diligentibꝫ eā honor et virtus amplioꝛqꝫ prestať ꝛ gratia. Idcirco dilectissimi letamini et exultate q2 si deus ore ꝓphetico in sanctis eius laudare iubemur. multomagis eū in hac celebritate beate virginis matris eius oportet cū hymnis ꝛ canticꝭ diligentius extollere. ꝛ dignis deo iubilare p̄

A Hortat laudare ꝟginē ꝛ exultare de eiꝰ assūptione

